



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu**

**Isidorus <Pelusiota>**

**Parisiis, 1585**

Sacrarvm Observationvm Libri Dvo, R. P. Iacobo Billio Prvnæo, S. Michaëlis  
in Eremo Cœnobiarcha, auctore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

SACRARVM OBSERVATIONVM LIBRI DVO.

R. P. IACOBO BILLIO PRVNÆO,  
S. Michaëlis in Eremo Cœnobiarcha, auctore.

AD LVDOVICVM BARVM GREGORII  
*xiiij. Pontificis Summi Prodatarium.*



PARISIIS,

Apud GVILELMVM CHAUDIERE, via Iacobæ,  
sub insigni Temporis, & Hominis syluestris.

M. D. LXXXV.

SACRARVM OB  
SERVATIONVM LIBRI DVO  
R. IACOBO BILLO PRVNEO  
S. Michaelis in S. Geroldi ch. auctore.

AD LECTONVM BARNI GREGORII  
S. P. Basilii in S. Geroldi ch. auctore.



PARISIIS

Apud GUILLELMUM CHAUDIERE, in Regia  
Bibliotheca Regia, & Honore S. Ludovici

M. D. LXXX



LVDOVICO BARO, VIRO INTEGER-  
RIMO, ET PRODATARIO PRVDENTISSIMO,  
Ioannes Chatardus obsequentiſſ. S.



ANCTI Isidori Pelusiota Epistolae Graecae, à  
Reuerendo Patre, Iacobo Billio, Sancti Michae-  
lis in Eremito Cœnobiarcha, amico tuo summo, La-  
tinas factas, tandem in lucem emisimus, & ex  
prelo, cui iam pridem eas commiseramus, ad um-  
bilicum perductas eduximus. Qua verò de causa  
tandem ibi consenuerint, ex epistola Nuncupato-  
ria, quam operi Epistolico praefiximus, intelliges.  
Cui, ad iustiore[m] voluminis magnitudinem, duos

Sacrarum Observationum libros adiecimus, quos idem amicus tuus certissi-  
mus contexuit, & quos propria ipsius manu conscriptos inter eius chartas, ad-  
uersaria, & lucubrationes, (quae  $\lambda\iota\omega\tau\omega\tau$ , ut omnes Catholici norunt,  
 $\sigma\iota\alpha \ \alpha\pi\acute{o}\lambda\epsilon\tau\alpha$ ) inuenimus. Ex quibus magna, ni fallor, rei literariae adnascet-  
ur utilitas, & facilis Christiano Lectori parabitur & complanabitur via ad  
percurrenda Orthodoxorum illorum Sanctorum Patrum monumenta: in  
quibus multa erant salebrae, multi scrupuli, multa horridorum resquorum (ut  
cum Lyrico loquar) asperitates, atque errata quàm plurima, quae irrepererunt  
vel Typographorum incuria, vel Amanuensium inscitia, vel etiam ipsorum  
quandoque Interpretum oscitantia. Labi enim procliuè est, & nullus est aded  
Lynceus & perspicax, qui aliquando non cecutiat, aut hallucinetur. nullus  
tam prudens, qui interdum non fallatur. nullus aded vigil, qui aliquando non  
oscitet. Vt dicam, quod res est,

-- quandoque bonus dormitat Homerus.

Sed, ut plura vident oculi, quàm oculus, & ut posteriores cura sapientiores  
esse solent, ipse velut spicilegia quadam facturus, ex his quae ipsorum Inter-  
pretum, tanquam messorum quorundam manus fugerant, cepit, cum priscos  
illos Authores legeret, ea adnotare, quae censura, correctione, & animaduer-  
sione digna viderentur. Quod ei (ut vir erat multae lectionis, & heluo qui-  
dam librorum, & in antiquis illis Graecis Scriptoribus omnium maximè ver-  
satus) non multum negocij exhibuit. Er at enim, ut nosti, aded emuncta naris,

## Epistola.

ut facile, οὐδαμὸς ἰχνυλά τοῦτος more, indagaret & odoraretur, utinam lepus (ut ita loquar) latitaret, hoc est, ut ego interpretor, mendum & erratū, si quod esset, statim detegeret, ac verum genuinūque sensum reponeret. Sed nihilo minū hoc scribendi genus ei tandem displicere cœpit, quod nonnihil fastus & supercilij ei subolere, ipseque adeo sibi correctorem Aristarchum, & seuerum Censorem agere videretur. Quamobrem hoc opus (quod alioqui ferè in immensum protrahere poterat) ad alia properans intermisit: Unde secundus harum Sacrarum Observationum liber breuior & concisior remansit. Quæ itaque amor repurgandorum & castigandorū priscorum illorum Authorum (quos ipse φιλαρχῶος semper unice coluit) & rei literariæ utilitas ad hoc opus primò impulerat, ipsum Christiana quadam humilitas & verecundia ab eo reuocauit. Tanto enim diligentius semper abhorruit à scientia illa quæ inflat, quanto amantior illius fuit quæ edificat. Humilis itaque (ut cum Scriptura loquar) in oculis suis, licet testimonio conscientia suæ, ab eiusmodi fastu vacuus esset, voluit tamen in alienis talis apparere, & omnem ostentationis suspicionem à se depellere. Quam notans in Leuuenclaiō amulo suo, ei obiebat, quod D. Gregorius Nazianzenus Arrianis: Lenes, inquit, sibi sunt Iudices, aliis autem seueri Censores, vubæra habent, & aliis vibices obiciunt: turpiter cadunt, & aliorum offensusunculas exagitant: in cæno volutantur, & ex aliorum maculis voluptatem sibi fingunt: denique oppressos trabsibus oculos habent, & festucas aliis probro vertunt. Sed hæc maxime in eos quadrant, qui ex aliorū censura & reprehensione doctiores & perspicaciores haberi volunt: ut qui ex aliorum vituperatione & insectatione inanem aliquam sanctioris vitæ laudem & gloriam aucupari student & putant, à qua hic noster Billius semper fuit alienissimus. Vnde, ni fallor, nihil minū sperabar, quam hosce aliquando edendos & euulgandos libros proponere, sed potius apud se condere & seruare, ac sibi Musisque (ut aiunt) canere. Quæ fortasse causa fuit, cur animam agens, & in eo morbo, cum quo diu confictatus tandem interiit, licet rebus aliis omnibus ad rationis calculum rectè prudentèrque subductis, de his tamen libris ne verbum quidem vllum fecerit, eos fortasse, tanquam quosdam abortiuos, vel luce indignos existimans, vel potius, ut dixi, ne Criticus, vel elatus quidam Censor videretur. Sed cum pleraque amicorum suorum, eorūque maxime, quos postrema voluntatis suæ Procuratores & executores nominauerat, iudicio & prudentiæ commisisset, ac reliquisset, mei officij esse duxi, hos duos Sacrarum Observationum libros, germanos eius factus, orphanos & posthumos, sub progenitoris sui nomine in lucem emittere: alioqui me nomini eius, & rei literariæ magnam iniuriam facturum ratus, si hoc talentum viri tanti, & de me tantopere meriti, sudario inuoluerem, aut humi defossū, vel in Museo, scrinio-ve aliquo reconditū seruarem. Absit verò à

## Epistola.

Verò à me tantum uetas. quin potius omni studio, industria, & diligentia incumbam, ne (quantum in me fuerit) quicquam ex eius scriptis & lucubrationibus decidat, neue folium eius aliquod defluat: ut Autumno desinente  $\phi\alpha\lambda\lambda\omicron\lambda\omicron\gamma\omicron\sigma\iota\upsilon$  arboribus accidit. Enimuerò, iuxta Domini præceptum, fragmenta eius colligam, ne percant, sed potius seruentur ac prodeant in cibum famelicæ illius plebis, quæ hoc in deserto fide sequitur Christum, & eorum denique paruulorum, quibus diuini uerbi frangendus est panis. Spicas itaque, exemplo Ruth Moabitidis de agro hominis potentis & magnarum opum colligo, in usum pauperis Noëmi, siue mulieris illius, quæ (ut ait Propheta) facta est quasi uida. Vir autem iste potens & magnarum opum, hic est noster Billius, potens quidem uerbo & opere, doctrina & moribus: & diues, non tam auri & argenti (quæ modicæ & exiguæ sunt opes, fluxæ, caducæ, fallaces: quarumque, ut Publius Syrus ait,

Fortuna uireæ est, quæ cum splendet, frangitur)

quàm magnarum illarum opum, quas cumulata & supereffluente mensura ab eo accepit, in quo sunt thesauri scientiæ & sapientiæ absconditi: quibus quidē opibus ille Dei Ecclesiam locupletauit & ornauit. Vnde propediem spero, Deo auspice, alias quasdam eius maiores opes ad mensam dare, & in publicum proferre, nempe sub prælum mittere uarias ipsius epistolas, Latinas, Græcas, & Latinogracas, summa pietate, eruditione, & elegantia non modò aspersas & conditas, sed etiam plenas, & ita refertas, ut ab ipsa Peitho, seu Suadela dictatas putes, quas pro uarietate temporum annis abhinc viginti ad uarios, eosque nostri sæculi longè doctissimos, scripsit. In quibus crebra, mi Bare, honorificaque tui mentio sit, iis maximè in epistolis, quas ad Illustriss. & Reuerendiss. Cardinales, Sirletum & Carafam, aliosque totius Italiae, qui Romæ agunt, eruditissimos, dedit: quos sæpius compellasti, & que etiam serè compulisti, ut è suis Musæis & instructissimis Bibliothecis, quas frequenter & subinde scrutatus es, Græca exemplaria Orthodoxorum Patrum tuo Billio commodarent. Nec modò hanc tibi curam demandabat, sed, si quid etiam istic esset ei negotij, ad te unum referebat, & in sinum ueri amici effundebat. Te enim semper talem nouit & expertus est, unde ut in corde (cui tu fixus eras, medullitusque inherebas) ita & in ore eius, sæpe uersabaris. Quod si de te, ubicunque esset, sermo aliquis institueretur, mirum quàm arrectis auribus astaret, & quàm copiosum & disertum tui præconem se præberet. Cuius etiam causa & hanc Ecclesiastici sententiam crebris usurpabat sermonibus: Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Neminem enim hæctenus noui (quod uerè & audacter dico) qui ius amicitiae religiosius coluerit, qui de amicis magis sollicitus fuerit, & qui eorum gratia se, suæque omnia libentiùs impenderit. Hac in re præ

## Epistola.

amoris Zelotypia & ardore difficile se à quoquã superari patiebatur: tantum angebatur, quod facultates alacritati & voluntati (ex qua tamen vera metienda est amicitia) non responderent. Qui cum multis officiis à te vinceretur, tibi que multis nominibus se deuinctum agnosceret, omnem viam excogitabat, qua gratiam & benevolentiam illam tuam rependeret. Quæ sanè erga eum tanta fuit, ut tuo exemplo satis confirmaueris, quam verè à Salomone scriptum sit, Fortis dilectio ut mors: quin etiam ostenderis, eam morte ipsa fortio rem. Neque enim eius interitu est aliquando relaxata, vel imminuta: sed potius auctior & vegetior facta. Vera enim piorum amicitia, qua virtute coaluit & conciliata est, intermori non potest. Lampades eius, lampades ignis, quæ nullo aquarum flumine & torrente extinguì possunt: potius magis ac magis inardescunt, atque igniculos quosdam semper proferunt, quoties aliqua bene merendi de amico sese offert occasio. Quod non modò erga hunc tuum Billium, eiusque fratrem Reuer. Priorem Carthusiæ à Gallione (tibi etiam nomine virtutis, quæ in eo semper enituit, Charissimum,) dum hac luce ambo fruerentur, patefecisti: sed etiam ipsis vita functis in eos omnes quos aliqua ratione & amicitia ipsis copulatos intelligis. Quod & nuper in Reuer. Patrem Godefredum Billium Sancti Vincentij Laodunensis Cœnobiarcham eorum fratrem locupletissimè ostendisti, ubi omnes tuæ amicitia nervos intendisti, & quantum haberent virium palam fecisti: quasi non in eum unum, sed in ipsam fratrum triadem hoc officium conferens & congerens. Vnde etiam explicari non potest, quantum ipse se tibi deuinctum & obstrictum sentiat, ac prædicet, & quantas tibi gratias habeat, quantasve referre posse desideret. Quamobrem verè de te, quod Noemi de Booz, dici potest: Benedictus es à Domino, quoniam eandem gratiam, quam præbuidisti viuus, seruasti & mortuis. Itaque ita viuis & mortuos, terrenos & calites, pleniori obsequio tibi demereri voluisti. Calites dico, nec mea me fallit opinio, nõ enim dubito, quin duo illi, qui iam hinc emigrarunt, & quorum antè animus, vitæque ratio tota caelestis erat, modò in cælis non sint. Qui quandiu hic egerunt, fuere duo candelabra aurea (ex auro quidem illo ignito & locupletante conflata) qua in domo Domini supra modium posita, omnibus fidei domesticis illuxerunt. Duæ etiam oliuæ, quæ (sicut oliua fructifera in domo Domini) oleum illud expresserunt, quo piarum animarum lampades ornantur & accenduntur, ad excipiendum sponsum, eumque sequendum in caelestem illam aulam, in qua nuptiæ agni cum choreis & perenni exultatione celebrantur. Veræ etiam duæ quedam mystica vacca, quæ recto tramite, & non declinantes neque ad dextram, neque ad sinistram, à semitis mandatorum Dei, portarunt arcam Domini. vel duo etiam iuueni ad portandũ Christi iugum suaue, cõiunctissimi, & ad eius agrum Crucis aratro proscindendum & excolendum aptissimi.

Quos

## Epistola.

Quos duos Billios fratres, Iacobum & Ioannem, ausim etiam aliis duobus fratribus agnominibus Iacobo & Ioanni (quos Dominus à prædicationis & Theologiae excellentia, filios Tonitruum nominauit) comparare, ut veros eorum re & nomine imitatores. Nescio an Gallia nostra aliqui frequens, & tot hominum millibus abundans par aliquod fratrum huic simile hodie alat, aliquando ve protulerit: siue generis nobilitatem, siue virtutis studium, siue singularem pietatem & vitam sanctimoniam, siue multiplicem eruditionem, siue sancta & erudita eorum scripta & monumenta, siue alia eiusmodi omnia, unde vera laus peti potest, & quibus insigniter ornati fuerunt, spectemus. Et hos tibi amicos parasti, ut cum defeceris, in aeterna illa tabernacula te recipiant, in quibus haud dubie ciues caelici & domestici Dei facti, iam leti conquiescunt. Nemini eorum, qui norunt, quam pie & inculpate vixerint, quamque diligenter Sanctorum calles secuti sint, & quam sancte & alacriter ex hoc ergastulo euolarint, & in Domino obdormierint, obscurum & dubium esse potest, quin iam in caelis habitent, in quibus dum hic peregrinarentur, thesaurum suum omnem reposuerant, suasque opes eò præmiserant. Vnde parum abest, quin eis, ut cæteris caelitibus, preces votaque offeram, Sanctosque illos Patres amuler, qui in beatorum numerum coartatos & amicos suos vita functos non dubitarunt reponere, & suffragia eorum mendicare, caelestemque opem implorare. Hinc Gregorius Nazianzenus D. Cyprianum, Basilium, Athanasium, precatur, ut de caelis eum aspiciant, ac iuuent. Nec minus verè de Billiis nostris dici puto (absit inuidia verbo) quod ipse de patre suo nuper defuncto scriptum reliquit. Non puto, inquit, quin hoc nunc quoque tanto magis deprecatione sua, quam prius doctrina, præstet, quanto nunc magis Deo appropinquat, ut qui corporeas compedes excusserit, ac limo illo mentis puritatem inficiente, liberatus sit, nudusque cum nuda Principe illa & purissima mente versetur, Angelici ordinis dignitatem & fiduciam (nisi hoc dictu audax est) consecutus. Verum ne quid etiam hac de re audacius proferam, & temerè in Ecclesiae messem falcem mittam, hoc ei negotium totum committendum est, quæ sensuum & mysteriorum Christi promacanda de iis iudicare & statuere debet ac solet. Ei enim, ut fidei sponsæ, clauis cellæ suæ vinariæ, & arcanorum suorum, reliquit, quæ si quis volet intelligere, ab ea sumat, & in ipsa veri Samsonis vitula aret, oportet. Cum autem charitas nunquam excidat, sed potius augeatur & inflammetur in supernis illis beatorum sedibus, in quibus & ipsi sedere mihi videntur, non est existimandum eos caelesti nectare ita temulentos, ut, quemadmodum ille Pharaonis Pincerna rebus ad votum succedentibus oblitus est Interpretis sui, ita tui, quem hic amarunt & coluerunt, hodie sint immemores: at potius, ut Ioseph, postquam ad regni gubernacula peruenerit, fratres suos, licet de se male meritos, fraterno amore & honore complexus est:

## Epistola.

ita & te quoque de ipsis bene meritū non summa prosequantur benevolentia, acceptamque hic à te gratiā tantò cumulatiore mensura tibi rependat, quanto uberiores fructus affert terra illa uiuentium, in qua hodie beatas illas animas degere arbitror: nempe, pro pinguedine terræ, de rore caelesti, hoc est, pro terrenis caelestia largientes. Iam illi uelut igneo Eliæ curru in celum subuecti, tanquam priores quadam duæ rore, te & Reuer. Patrem Godefredum Billiū fratrem suam chariss. uelut duas posteriores ea, quā iam triuerunt, uia trahunt, & auxiliares manus porrigunt, ut perenni illa simul cum ipsis gloria fruamini. Cuius ego ut simul etiam particeps fiam, & ad eam uobiscū rapiar, uobis adiungi, & alicui istarum rotarum radio alligari cupio & flagito. His itaque omnibus diligenter appensis, & perspecta fraterna illa necessitudine, qua tibi cum ipsis intercessit, nullus se obtulit, cui potius quàm tibi hi duo Sacrarū Observationum libri dicandi uiderentur. Quemadmodū enim hic noster auctor suam illam erga te amicitiam, dum adhuc superstes esset, publico quodam de te elogio, & dedicatione secundi libri Sacrarum suarum Anthologiarum, testari & profiteri uoluit: ita æquum uisum est Reuer. Patri San-Vincentiano Abbati, germano eius charissimo, & Domino à Sancto Petro, & mihi (nempe tribus postremae suæ uoluntatis Interpretibus) ut eius (in quem etiam mortuum omne pietatis & officij genus exerceo) isti quoque duo libri, uelut quidā posthumi, tanquam nouum aliud quoddam pignus sacræ ac mutuae uestræ benevolentia, tibi nuncuparentur. Et quidē Sacrae illæ Anthologiae, & hæc quoque Sacrae obseruationes, uiro sacro, hoc est, tibi rebus sacris addicto cōsecranda erant. Nam quā sanctē & fideliter, quā prudenter & gnauiter summa Reip. Christianæ negocia, in eo honoris gradu, ad quē tua te uirtus euexit, tractes, unicuique notum ac compertū est. & ipsa quoque Respublica magna cum gratulatione clamat & profitetur. Verè Spartam, quam nactus es, magna cum laude, magnōque cum amicorum tuorū plausu exornas. Nec uerò id tantum præstas, sed ubi primū grauius & seriis illis negociis, tanquam è manibus Lia, te tandem aliquando expedire & extricare potes, mox uelut pulchrioris Rachelis amore incensus & raptus, in eius amplexus ruis, & animum curis illis relaxatum & uacuum, dulci & grata rerum spiritualium & caelestium contemplatione refoues & pascis. Testes sunt libri illi, summa pietate & eloquētia conditi & referti, quos in Ecclesiæ Gallicanæ adificationē & incrementū edidisti, & de Italico sermone in Gallicū ornatē & eleganter traduxisti. Librorū hæc sunt epigraphæ seu inscriptiones, Speculū interius, & Tractatus interioris Orationis. & De cognitione & uictoria suiipsius, qui ex ipsa fronte & titulo satis indicat, quanto perè eorū Auctor & Interpretes à rebus istis terrenis & imis abducti, & ad spiritualia & caelestia erecti ac prouecti fuerint. Tibi itaque multis nominibus hi Sacrarū Observationū libri dicandi erant, quos sacer amicus

tuus,

## Epistola.

tius, & verè sacre author concinnauit. Vt enim prophani prophanis, & obsceni obscenis delectantur, & quisque similibus gaudet: ita noster Billius totus Deo rebusque sacris deditus, omne studium circa sacros & Orthodoxos illos Græcæ Ecclesiæ faciliè principes Scriptores collocauit. Hi sunt, D. Ignatius, Irenæus, Epiphanius, Origenes, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Basilius, Chrysostomus, Eusebius, Theodorius, Euagrius, Damascenus, Nicephorus, & alij, quorū scripta & monumenta ab innumeris mendis, quibus scatebant, vindicauit, multa in eis loca restituit, emendauit, & illustrauit: ita ut hæ Observationes loco doctorum Cōmentariorum sæpe esse possint. In quibus quodnam institutū suum fuerit, quāve ratione procedat, ipse in his Observationibus alicubi his verbis declarat. Si Latina, inquit, cū authoris mente & sententia cōsentire reperio, Interpretis industria fauceo, atque applaudo; sin autē eadem ab ipsa dissentire cōperio, id in eorū gratiam annoto, qui non eos in literis Græcis progressus fecerūt, ut huiusmodi errata per se animaduertere possint. In quo tamē eam ubique modestiā tenere studeo, qua cum vii par est, qui se quoque hominē esse, atque in multis persæpe offendisse, atque etiā offēdere nō nesciat. Leniora autē errata prætermittere solet, ne (ut ipse loquitur) in mustaceo laureolam querere videatur. Interpretē verò aut Correctorē non solum semper agit, sed interdū etiam Scholiastē, per ardua sæpe quadam illustrans, non modò in Græcis illis authoribus, quos castigandos & restituēdos suscepit, sed & in Latinis quibusdam. Subannotat etiam quandoque, quæ parū Orthodoxæ à priscis illis Patribus ei dicta videntur, ne quis imprudēs ad huiusmodi scopulos impingat, fidēique naufragiū faciat. Nam postquā in Eusebio, & Socrate Historiæ Ecclesiasticæ scriptore ea animaduertit & emendauit, quæ ab interpretibus nō fuere satis animaduersa, & fideliter versa, etiā Authores ipsos stylo confodit & arguit, quod Hæreticis fauere & stipulari interdū videantur; hunc quidē, quod in Nouati, illum verò, in Arrij partes propendeat. Multa namque apud Socratē Nouatianismum, ut apud Eusebiū Arrianismum redolēt. Quæ etiam de causa Billius noster, multorum amicorum hortatu & precibus fere persuasus, in votis habebat aliquos Orthodoxos Authores de integro traducere, quos nonnulli labe hæreseos infecti Latinos fecerunt, licet in multis rem & verba doctē & fideliter assequuti sint, existimans spoliandos Ægyptios, & ab iniustis possessoribus Ecclesiæ thesauros excutiendos & eripiendos: ne videlicet quid haberent cum ea cōmerciij, quam ubi suppetit facultas, profcindere, laniare, & oppugnare nō desinunt. Quæ enim societas luci ad tenebras? Quæ cōuentio fideli cū infideli? Nec iniuria Lacedæmonij reuiciebāt ex ore impij & scelerati profectam sententiā, quantum vis probam & Reipublicæ utilē, quippe quæ ab indigno prolata esset. Quare iubebāt eā à pio quodā ciue excipi & proponi, ut ab eo potiùs, quā à scelerato illo accepisse viderētur.

## Epistola.

Sincerum, nimirum, est nisi vas, quodcunque infundis aescit. & impurior semper videtur aqua, quæ per impuros canales manat. A coinquinatis videlicet, atque infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum mens & conscientia. Itaque consultius fortasse fieret, si ab Orthodoxis tractarentur & traducerentur, quæ ab eis qui parùm piè de fide senserunt, translata & elaborata in Ecclesia leguntur. Nisi id fortasse non sine mysterio hactenus toleratum est, Spiritu sancto opera & industria improborum Ecclesiam ædificante, qui lingua Cayphæ, & calamo Pilati, & ministerio alitis immunde Prophetam pascentis uti voluit, ad maiorem Dei gloriam, quam (ut in Pharaone) per inimicos suos promouere solet. Verùm quacunque occasione eorùm lectio & versio in Ecclesia roleretur, saltè veri Christiani Doctoris fuerit, eorùm errores detegere & indicare, ne incauti aliqui & minus perspicaces eò impingāt. Quod magna cum laude & utilitate noster Billius his Sacrarùm Observationũ libris præstitit. Qui ut tibi probentur, eosve libenter excipias, non est alieno præconio & cõmendatione opus: sat tibi locuples cõmendatio fuerit sacra illa inter te & ipsum Authore amicicia, tot officijs testata & cõfirmata. Satis etiam se commendabilè reddit singularis eius pietas & eruditio, quibus monumeta eius referta nõ modò nobis, aliisque vicinis & amicis, sed etiam exteris & peregrinis quibusque cordi sunt, & admirationi. In hoc tantùm mihi laborandũ, ut me in numerum obsequentiissimorùm amicorum tuorùm adscribas: Quod etiã meo quodam iure d. posco. Nam quotquot ille Mecænas meus charissimus & obseruandissimus amico habuit (habuit autè quàm plurimos, & quidè omnes pietatis & literarũ studiosos, nempe sui similes) tot mihi conciliasse & reliquisse videtur, saltè inclinatione quadam voluntatis in me propensiores reddidisse. Hæc enim vis est veræ amicicia, quæ cum duobus pluribusve intercessit, ut ex ipsis, velut ex uberrimo fonte, ad alios etiã aliqua ratione eis coniunctos, tanquam ad riuulos deriuetur. Rem ergo à fonte arcesso, atque alienis meritis (cùm propriis caream) gratiã tuam & beneuolentiam mendico, & ex ipsius redundantis & supereffluentis vestra necessitudinis stillis aut rore irrigari & aspergi postulo & desidero. Et ego vicissim ea te obseruantia colam, qua Pyladem illum tuum (vos enim, ut Pylades & Orestes, ut Castor & Pollux, ut David & Ionathas, akud par amicorum constituistis, & posteritati venerandum reliquistis) semper colui. Quin insuper Deum opt. max. obnixè precabor, ut sancta tua desideria promoueat, & labores illos tuos, quos die noctèque pro Repub. Ecclesiastica feliciter subis, ita secundet, ut labores manuum tuarum (ut cum Propheta loquar) aliquando cum Billio tuo, imò & nostro, manducare valeas in regno illo, in quo Manna absconditum editur, nec esu consumitur. Vale, vir integerrime, & Prodatarie præstantissime, & nos tui amantiissimos ama.

Parisis Calend. April. an. Dom. 1585.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΚΥΡΙΩ ΒΑΡΩ ΔΩΔΕΚΑΣΤΙΧΟΝ.

ΘΕΙΩΝ Αείταρχον, Βάρε, σοι Χάταρδος, ὃν οἶδα  
 Προσφώνει τὸν σὸν (δέχγυσο) Βιλλιάδην.  
 Δέχγυσο Βιλλιάδην, ἐταριθμιον, οὐ τεθνεώσιν,  
 Ἀλλὰ ζῶεις, ζῆ γὰρ πάντοτε θεῖος ἀνὴρ.  
 Οὐκ οἶα δ' ἀρχαίων ἔδδ' Ῥαμυλίδαισι τράνωσε  
 Βιβλί' ἀ τοῖσδε χρονοῖς πρὸς φάλα φήσας αἶ,  
 Ἀλλ' ἑτέροις ἄγνωστ' ἐγνωείσασ' οἶα τις ἴδρις  
 Κύμβαχος εἰς πόντου βένθεα βυθοφόμος,  
 Ὃς δ' ἰναγίων πολλῶν χαλὰ λείψαν' ἔρουσε  
 Βυσοῦθεν ἠὲ εἰς φάος ἡελίου.  
 Ἄσ' ἱεραῖς ἐν Σιέφρσ', ἰδὸν, σωρηδὸν ἄθροισεν  
 Οἰμασιν ἂν Λυγκεύς, ὡς νῶ Ἀναξαγόρας.

Latinè, ad verbum.

EIDEM D. BARO DODECASTICHON.

DIVINUM Aristarchum, Bare, tibi Chatardus, quem nosti  
 Dedicat tuum (accipito) Billiaden.  
 Accipito Billiaden, annumerandum, non mortuis,  
 Ne vivis, vivit enim semper divinus vir.  
 Non sola autem veterum hic Romanis explanavis  
 Libros, quos hisce temporibus recentes dixeris  
 Sed aliis ignota notificavis, ut quispiam peritus  
 Preceps in ponti vada vrmator.  
 Qui quidem naufragiorum multorum pulchras reliquias extraxit,  
 E fundo Eoi ad lumen solis.  
 Quas sacris in Observationibus, en accumulè aggestit,  
 Oculis cum sit Lynceus, ut mente Anaxagoras.

Pc. Morelli Turon. Lochij.

SVMMA CAPITVM, QVAE HIS DVOBVS

Observationum Sacrarum libris comprehenduntur.

- A** Nimaduersa quaedam in libello D. Gregorij Nysseni, de Virginitate, Cap. 1. pag. 1. Theodoriti loca aliquot emendata & illustrata, Cap. 2. pag. 2. De Basilio & Chrysofomo, duobus Caesariis, Aërio & Aërio, Cap. 3. pag. 4. & 5. Antonij Melissa multis locis restituta & emendata, Cap. 4. p. 5. Emendatur multa ex libr. 2. Melissa, C. 5. p. 7. De crudelitate in naufragos: vbi etia Paulinus emendatur, Cap. 6. p. 10. De vocabulo *δυσος*, & quid de eo memoriae prodidit D. Ambrosius: & de altera eius significatione apud Origenem, Cap. 7. p. 11. Emendata aliquot loca ex Origenis in Iob commentariis, Cap. 8. p. 12. Basilij & Chrysofomi lucubrations quaedam ab Erasmi censura vindicate, Cap. 9. p. 13. Notata aliquot loca, in quibus Erasmi interpretatio à D. Basilij verbis discrepare videtur, Cap. 10. p. 15. Quae notanda videantur in eadem Erasmi interpretatione, Cap. 11. p. 17. Maximi sententiae nonnullis locis à mendis repurgata, Cap. 12. p. 20. Quid multi graues Theologi, ac praesertim Clemens Alexandrinus, de externis disciplinis senserint, & de Gnosimachis, Cap. 13. p. 21. Illustratus Chrysofomi locus in Hom. 9. in 2. Epist. ad Corinth. Cap. 14. p. 22. Passivitas vite quid significet apud Tertull. & vnde haec vox fluxerit, Cap. 15. p. 23. Notata quaedam in collectaneis Nicephori, quae ad calcem historiae Ecclesiasticae Theodoriti adiecta sunt, Cap. 16. p. 23. Vindicantur quaedam in Maximi de Charitate centuriis à celsura Gesneri, & Opsopœi, Cap. 17. p. 24. Collecta nonnulla ex Epiphano Hæres. 30. quae est Ebionitarum, Cap. 18. p. 24. & 25. Erasmi in Chrysofomo lapsus aliquot notantur, Cap. 19. p. 26. Quid per luminum diem apud Greg. Nazianz. significetur, Cap. 20. p. 29. Loca quaedam in Latina Oecumenij interpretatione emendantur, Cap. 21. p. 30. Quidnā *σωταρχίας* significet, C. 22. p. 34. Producantur loca quaedam ex Greg. Naz. quae à Dionysio Areopagita mutuatus esse videtur, Cap. 23. p. 35. Emendata quaedam in Homiliis Chrysof. in Acta, Cap. 24. p. 36. Ammianum Marcellinum à Greg. Naz. minime dissentire in his quae de Iuliani leuitate scribit, Cap. 25. p. 40. Censura de Socrate historiae Ecclesiasticae scriptore, Cap. 26. p. 41. Indicantur loca quaedam, in quibus Eusebius parū orthodoxe sentire videtur, C. 27. p. 42. Emendatur loca quaedam eiusdem Eusebij, Cap. 28. p. 44. Duo loca eiusdem Eusebij ab interprete omissa, Latine redduntur, Cap. 29. p. 47. D. Augustini locus illustratus, Cap. 30. p. 48. Corriguntur multa in libro Theodoriti de Quaestionib. Scripturae, Cap. 31. p. 49. Chrysofomi loca aliquot indicantur, in quibus Interpres Graeca non assequitur, Cap. 32. p. 53. Irenaei Graecismi aliquot indicantur, C. 33. p. 55. Apud Irenaeum nonnulla emendatur, C. 34. p. 58. Epiphanius aliquot locis partim Graece restitutus, partim ab Interpretis erroribus vindicatus, Cap. 35. p. 60. Explicatur locus Dionysij Areopagita, Cap. 36. p. 62. D. Basilij loca quaedam integritati suae restituuntur, Cap. 37. p. 63. Observationes quaedam in Euagrii historiam, Cap. 38. p. 66. De iis quos *σωεισθητες* veteres appellabant, Cap. 39. p. 70. Quid *ἀσκησις, μικροψυχία, οἰκονομία,* & *σωάγην* interdū significent. C. 40. p. 71.

OBSERVATIONVM SACRARVM LIBRI SE-  
cundi summa.

- R**igenis in Iob Commentarius multis locis repurgatus, Cap. 1. p. 73. Correcta quaedam in concionibus Chrysofomi in Iob, Cap. 2. p. 85. Epiphaniij loca quaedam restituuntur, C. 3. p. 85. Theodoritus locis quibusdam emendatur, Cap. 4. p. 90. Annotationes quaedam in Irenaeum, Cap. 5. p. 91. Iustini ad Antoninum Apologia quibusdam locis partim in Graeco, partim in Latina Perionij interpretatione correcta, C. 6. p. 93. Observatiunculae quaedam in D. Ignatij Epistolae, Cap. 7. p. 94.

OBSER-



OBSERVATIONVM  
SACRARVM, LIBER PRIMVS.

*Animaduersa in libello D. GREG. NYSSËNI,  
de Virginitate. CAP. I.*



R O D I T in lucem anno superiore D. Greg.  
Nysseni Libellus de Virginitate, fanè quàm ele-  
ganter & eruditè à Liniucio in Latinum versus,  
quem cùm libenter legerem, pauca quædam  
obiter annotaui, quæ hic ascribenda duxi. Ita-  
que g. cap. de vi ac potentia consuetudinis lo-  
quens, his verbis vtitur: ἔδεν ἔγω τῆ φύσιν φευκτόν  
ἔστι, ὡς ἐν συνηθείαι γενόμενον, μὴ καὶ ἀσθενῶς ἀξίον ἐ-  
σθρετόν νομοθῆναι. Quæ verba ad hunc modum  
reddit interpres, Nihil natura tam fugiendū est,  
quàm quæ res in consuetudinem abierit, eam

studio dignam atque amplectendam non videri. Ego tamè lubentiùs ita tran-  
stulerim: Nihil natura tam turpe ac fugiendum est, quin, si in consuetudinem  
abierit, præclarum & experendum videatur. Eodem libro cap. 22. in his ver-  
bis, ἔπε τὸν ὄξω ἔπιπτεροι, rectè quidem interpres mendam inesse statuit: sed  
quòd pro ἔπιπτεροι, ἔπιπτεροι reponit, non admodum mihi probatur, legen-  
dumque potiùs censuerim ἔπιπτεροι. i. ἔπιπαχῶν, κατεπίγει. Loquitur enim  
de auriga, qui pernicem equum scutica adurgere non solet. Sed hoc leue. Il-  
lud autem non perinde facile, quod sequenti capite habetur. Posteaquàm  
enim eleganti similitudine ostendit ei, qui colendæ pietatis studio totum  
deuouere cupit, faciendum esse, vt ducem potiùs aliquem sequatur, quàm vt  
ipse sibi dux sit, hanc rationem subiungit. ἔ γὰρ ἐπιπτερός ἐστι τὸ ἐπιπτερόμα τῶτο,  
ἀνάγκη ἑαυτοῖς ἐπιπτεροῦ τῆς λυσιτελοῦτων πλὴν κρίσει. ὅτε δὲ καὶ τὸ καταπολεμῶν  
τῆς τῆς ἀσθενῶν πείρας οὐκ ἔξω κινδύως κελύσσεται. Quorum verborum sen-  
tentiam particula negatiua, quam addendam censet interpres, prorsus cor-  
rumpit. Sic enim vertit. Nam vbi studium hoc illustre, & tanquam in medio  
positum non est, necessum sit iudicium eius quod expediat nobis permittere.  
Atqui contrarium omninò vult Gregorius: nempe in rebus arduis ducem ac  
præceptorem adhibendum esse. Ego fanè hunc locum ita restitui posse puto,  
si pro τῶτο, τῶτε legamus, vt sit sensus: Cùm perspicuum est institutum illud,  
quod sequimur, tum verò eorum, quæ in rem futura sunt, iudicium nobis ipsis  
permittere debemus. At cùm rerum nobis ignotarum experientia periculo  
non caret, tum verò ducem ac præceptorem adhibere conuenit. Hæc autem  
postrema verba vel in Græco desiderantur, vel certè eadè figura subaudiuntur,

qua post hæc Lucae verba, Et siquidem fecerit fructum, subauditur, relinques eam. Est & alius locus eiusdem libri cap. vlt. qui mihi & emendationis & illustrationis cuiuspiam indigere videtur. Græca autem sic habent: *Ἐπειὼν οἱ ἐνυπνιασά και τὰς ἐν τῆς θηλείων ἀπάτας πιστοτέρας τῆς εὐαγγελικῶν διδαγμαίων ποιήματα, και σποικιλιφεις τὰς φαντασίας προσεαγγρευόντες.* Hinc somniores, ait interpretes, qui in ferarum ludibriis fidei plus quàm in Euangelij doctrina collocent, & mentis suæ cogitata patefactiones appellēt. Ego verò cùm, quidnam per ferarum ludibria sibi vellēt author, nullo modo assequi possem, statim mihi venit in mentem, pro *θηλείων*, *ὀνείρων* substituere. Nam hoc verbum bellè cum authoris sensu convenire videbatur. Verùm interim hærebam dubius, quinam essent isti somniores, quos hoc loco Gregorius perstringeret. Quam tamen dubitationem mihi tandem sustulit Theodoritus. Is enim in Compend. hæret. fabul. lib. 4. de Messalianis loquens, ait eos, vbi maximam diei partem precibus impendissent, totos deinde se somno dare consuevisse. Ac tum à dæmone delusos reuelationes quasdam se vidisse asserere, ac futura prædicere conari. Et hist. lib. 4, cap. 11. de iisdem verba faciens, Manuum, inquit, operationem, vt malam auersantur: somno autem se tradentes, somniorum spectra Prophetias appellant. Quæ quidem verba emendationi nostræ apertissimè astipulantur.

THEODORITI loca aliquot emendata & illustrata.

CAP. II.

INTER eruditissimas Theodoriti lucubrationes non postremum meo quidem iudicio locum obtinet volumen illud, quo Polymorphus, Hæreticarum fabularum compendium, & diuinorum dogmatum epitome continentur. Quod cùm percurrerem, præter ea errata, quæ ad Græci codicis calcè ascripta sunt, nonnulla alia mihi animaduertisse videor, de quibus Lectores admonere nō alienum fuerit: præsertim cùm ea in Latinam quoque translationē magna ex parte transfusa fuisse compererim. Quo quidem nomine iniquum esset interpretem accusare, virum doctissimum, ac de literis optimè meritum, qui bona fide reddidit, quæ Græcum exemplar habebat, atque etiam aliquot vocabula, quæ in Græco mendosa erant, rectè vertit: vt fol. 9. pag. 2. pro *ἀλύμνησι*, probè coniecit legendum *ἀλύμνησε*, & fol. 57. pag. 1. *ἀκοπον*, non *ἀτοπον*, & 70. 1. *καρτεία*, non *καρτεία*, & 78. 2. *πληράσαι*, non *κληράσαι*. Ego quæ præterea emendanda mihi videntur, hic subnectam. Igitur in Dial. 1. Polym. vbi citantur verba Irenæi, ante *ἐπιηλύαλα* pono *ὄν*, & post *ἐν τῆς*, addo *σπὸ*. Sic enim legendum esse constat ex veteri interpretatione lib. 3, cap. 27. vnde hic locus sumptus est. Non multò post profertur alius locus Irenæi ex eod. lib. cap. 32. vbi cùm in his verbis hærerem, *ἐπεὶ ὅρ ἴση και ἡ εἰς τὴν Μαρίαν και ἰσοδος*, consulto rursus veteri Irenæi interprete, statim mendum deprehendi. Scribendum enim pro *ἐπεὶ ὅρ ἴση*, *ἐπεὶ ἄνωγ*. Sicque in versione Latina, pro, Quandoquidem æqualis est eius in Mariam ascensus, reponendum, Alioqui superuacaneus fuisset eius in Mariam descensus. Eodem modo Dial. 2. fol. 29. pag. 2. vbi agitur de tempore, quo Christi caro formata est, corruptè legitur *περὶ ῥήσιν*. Legendum enim est *περὶ ῥήσιν*. i. salutationem, vt patet ex eo quod mox sequitur, *ἁπασιμὸν*, quæ vox eandem significationem habet. Et aliquantò post, vbi citatur Hilarius fol. 47, pag. 2. pro *τῆτο δὲ φύσεων*, substituendum *τῆς δύο φύσεων*, quemadmo-

quemadmodum etiam rectè vertit interpres, ut etiam fol. 56. pag. 2. in his ver- Dialog 34  
bis, *προσηπικῶς τῶντα προσαρροεῖς*, rectè legit *προσαρροεῖς*. At non longè  
hinc, nempe fol. 58. pag. 2. aliud mendum est ex vnus literæ immutatione na-  
tum. Pro eo enim quod scribitur, *ὁ δευτερεῖς γινάτω καὶ ταύτῃ ἀρπάζει*, re-  
ponendum *ἀρπάζει*, ut vel prima fronte deprehendat, qui paulum animum  
aduerterint. Sed illud maioris momēti est, quod mox sequitur. Loquens enim  
Theodoritus de morte Christi, quæ ipsi per summam iniustitiam illata, tyrannidem  
eam, qua iustè à diabolo genus humanum opprimebatur, sustulit:  
*ὁ δὲ τὸ καὶ ταύτης*, inquit, *ἀδικίας, καὶ τὸ καὶ τῶν ἄλλων ἀδικῶν ἔκτισε τυραν-  
νίδα*. Quo loco quin pro *ἀδικῶν*, *ἰδικῶν* scribendum sit, nullo equidem modo  
dubito, tum quod sensus perspicue hoc postulet, tum quod etiam non longo  
post interuallo his verbis utatur Theod. *ἐδικῶς καὶ χειρῶν ὑπέχετο ἢ ἀπαλ-  
λαγίω*. Rursus infra in eo loco, quem profert ex Eustathio Episcopo Antio-  
cheno de Inscriptione graduum, insedit non leuis macula, quam vnus vo-  
cabuli mutatione eluere conabor. Quæro enim quid sibi hoc velit, quod Deus  
*κατωταῖος ἐπιρρείας ἀπροσδεῖς* dicitur. i. ab omni probro & contumelia alienus  
dicitur. Sic enim vertit Heruetus, ut tolerabilem aliquem sensum crueret. Il-  
lud quidem inter eos, qui græcam linguam vel leuiter attigerunt, constat,  
huiusmodi vocabulum, *ἀπροσδεῖς*, non solere iungi cum his substantiuis, quæ  
aliquam molestiæ significationem habeant. Quamobrem hinc vel iusto sacra-  
mento contendere ausim legendum esse pro *ἐπιρρείας*, *ἐσπερείας*, elegantia:  
quam quidem emendationem apertissimè comprobant ea quæ sequuntur.

Iam verò in Hæreticarum fabularum compendio, lib. 1. tit. de Saturnino;  
bis legitur *ἀγέννητον*, cum alterutrum horum per simplex scribendum sit. Mul-  
tum enim inter vtrumque interest. Quandoquidem Christus, ut est apud Da-  
mascenum, *ἀγέννητος* quidem est, hoc est, non creatus; at non item *ἀγέννητος*.  
Hæc enim peculiaris nota est, qua à Patre distinguitur. Non inultò post in  
hæresi Carpocratis, ante *πεπληρωκῆρας*, videtur addendum *τὸ πᾶν*, & sic in La-  
tino legendum, quæ in vno descensu totum impleuerint. Infra rursus in hæ-  
resi Valentini, vbi agitur de numeris, qui apud Valentinianos in pretio erant,  
deformata sunt Græca, sed pristinae suæ formæ restituentur, si pro *δύο καὶ ἑξήκοντα*,  
vnica dictione scribatur *δύο καὶ ἑξήκοντα*, eodémque modo in Latina translatione pro  
binarium reponatur, duodenarium. Hic enim numerus à Valentinianis plurimè  
fiebat, ut videtur est apud Irenæum lib. 1. aduers. hæres. cap. 14. quod videlicet  
vnus esset ex iis tribus numeris, ex quibus triecenarius conflaretur. In eadem hæ-  
resi, etsi id leue est, non tamen omittendum, nempe pro *μετελθῆν*, quod inter-  
pres vertit accessisse, reponendum esse *κατελθῆν*, hoc est, descendisse. Sic enim  
legunt & Irenæus eod. lib. cap. 1. & Tertull. lib. aduers. Valent. At maioris pon-  
deris est id, quod proximè sequitur, *πάντα γὰρ αὐτὸν τὰ ὀράματα ἰδοποιῆσαι φασί*  
quæ sic ab Herueto reddita sunt. Dicunt enim omnia quæ videntur, cum sibi  
propria effecisse. Quo loco error inest in verbo *ἰδοποιῆσαι*. Legendum est enim,  
*εἰδοποιῆσαι*. i. informare. Sic enim & vetus Irenæi interpres legit eo capite quod  
modò citauimus, & Tertull. lib. aduers. Valent. Imò etiam Græcus Irenæus  
apud Epiphanium *μορφῶσαι*. Quibus authoribus quis tandem erit, qui fidem  
habendam non putet? At in Manetis hæresi, quæ est vltima lib. 1. locus est, ob  
interpunctionis vitium, non satis commodè ab interprete redditus. Sic enim  
Græca legenda sunt, *ποτὲ δὲ πλοῖα λέγοντες εἶναι (Solem & Lunam) τὰς τῶν πε-  
λευτάντων ψυχῶν ὑπὸ τῆς ὑλης μετατόντα πρὸς τὸ φῶς*, i. Nonnunquam autem

Solem & Lunam navigia esse dicentes, morientium animas à materia ad lucē traducētia. Nec verò hæc nuda coniectura ductus ita interpretor, sed grauissima Epiphaniij auctoritate nixus, qui hæref. 66. de Manete verba faciens, *πλοῖα γὰρ*, inquit, *ἡτοι πορφυρεῖα εἶναι λέγει τὰς δύο φασήτας*. Deportari enim nugaratur Manes animas à Sole & Luna in beatorum regionē. Sed prosequamur quæ de Theodorito supersunt. Lib. 3. in hæref. Nicolaitarum, etsi cur *ὑποβιβάζουσι τὸ δόξαν*, improbem non habeo, tamē in eam sententiam propensior sum, ut *ὑποβιβάζουσι* legam, *ὑποβιβάζουσι τὸ δόξαν*. Lib. 4. in hæref. Arrij, rectè vertit interpres, Cum venter ad egerendū vrgeret. Neque enim dubitandū est, quin in Græco pro *ἐπιχύσεως* scribendum sit *ἐπιγύσεως*, quemadmodum & pag. seq. vers. ult. *ὡς* pro *ὡσεύ*. At in hæresi Eunomiana, in his verbis, Zelum quidem prædicant, Græci codicis mendam imposturam fecit interpreti. Nam pro *κηρύττεισι* legendum *κρύπτουσιν*. i. occultant, dissimulant. Infrà tamen idē rectè legit *μύσους*, non *μύσους*. Non longo interuallo, in Pflatyrianorum hæresi, græca interpunctionis vitium in fraudem interpretem induxit. Sic enim legendum est, Pater Deus semper, &c. Contendebant enim Pflatyriani, Patrem semper Patrē fuisse, etiam priusquam genuisset. De quo præter Socratem vide Niceph. lib. 12. cap. 31. Iam in Apollinarij hæresi, *νομῶν* vocabulū. i. distributionis, ut Heruetus transfert, mihi suspectum est: atque haud scio an commodius fuerit, *νομῶν*. Quod tamen non nisi coniecturæ loco haberi velim. In Audianorum hæresi, meliùs vertit interpres, Prætexunt autem se fugere. Mendosè enim legitur in Græco *σκήπτουσαι*, pro *σκήπτουσαι*. Sicque etiam, vbi de Nestorio agitur, rectè idem legit *ἀνεξίχνησον*, nō *ἀνεξίχνησον*, ut corruptè habetur in græco. In vltima hæresi, quæ est Eutychetis, pro *ἐκνήσει*, quod nullo modo quadrat, lego *ἐκνήσει*, donec commodius aliquod verbum occurrerit. Heruetus, affixit, transfert.

In Proemio Epiomes diuin. dogmat. cum de iis loquitur, quibus præclare cessit in morbus in incidisse, his verbis vitur? *καὶ τῶν ἀμαρτῶν ἐπιηλείκοντο τὴν ἀπαλλαγῶν*, &c. Viderit tamen Lector, nym sit legendum pro *ἀμαρτῶν*, *ἀμαρτῶν*. Neque enim ægrotantium est molestiarum & acerbatarum depulsionem polliceri, sed vitiorum. Cap. de Diabolo, rectè vertit interpres, Punit autem diabolium. In græco enim non est dubium quin *κατάξει* non veniat à verbo *κατάγω*, sed à *κατάβηναι*. i. frango. At infrà, Cap. Quod Christus perfectam humanam naturam susceperit, in his verbis, annunciat orbi terrarū, quod fuit expectatio, emendatius, ut opinor, erit, si pro, floruit, ponamus, aduenit, & in græco pro *ῥώθησι*, *ῥώθησι*. i. *ἐπλήρωσεν*, *ἀπλήρωσεν*. Vult enim dicere, Deum quod promiserat, tandem præstitisse. Aliquantò post, in Cap. Quod idem sit bonus & iustus, in græco corruptè legitur *φόνον*, pro *φόνον*, quod etiam animaduertit Heruetus, quemadmodum & cap. seq. rectè legit, *ταύτη κηρύττειν*, non *ταύτης*, ut in codice excuso. Capite de Resurrex. nō rectè mihi exponere videtur hæc verba, *ἀνωθεν σώσις*, quæ sit è supernis restitutio. Vertendum enim potiùs erat, repetita statio. *ἀνωθεν* enim hoc loco nil aliud significat, quàm denud. Non longè post, in his verbis, *ὡς ἀδύατων παπιδῶν τὸνδε τὸν βίον ἐξέβαλον*, apertissimus erit sensus, si post *παπιδῶν* addamus *μετὰ*. Ait enim Theodoritus, eos omnes, qui corporum resurrectionem minimè admiserunt, ea ratione ductos fuisse, quòd eam post hanc vitam prorsus impossibilem esse censerent.

De BASILIO & CHRYSOSTOMO, duobus Casariis,  
Aëtio & Aëtio. CAP. III.

ERASMVS

ERASMVS & Brixius ac plerique alij Basilium Magnum & Ioannem Chry-  
 softomum eadem tempestate floruisse, maximamque familiaritatem inter se  
 coluisse idcirco putant, quod videant in pulcherrimis illis Chrysoftomi de Sa-  
 cerdotio libris loquentem induci Basilium, singularisque necessitudinis, quæ  
 ei cum Chrysoftomo intercessit, illustrem atque honorificam mentionem fieri.  
 Quam tamen opinionem falsam esse perspicue constat, vel ex ipsis libris, à qui-  
 bus in eam sententiam inducti sunt. Nam cum Chrysoftomus Basilium eum,  
 cum quo colloquitur, fuga se subduxisse queratur, cum interim ipse ad Eccle-  
 siæ gubernacula raptus est, quis est in Ecclesiasticæ historiæ monumentis tam  
 rudis ac peregrinus, quin statim animaduertat id nullo modo conuenire posse  
 Casariensi Basilio, qui plurimis annis ante Chrysoftomum ad huiusmodi digni-  
 tatem prouectus est, hoc est, imperante Valente: in partem errorem Nicepho-  
 rum quoque incidisse video, qui lib. 12. cap. 44. Cæsarium, qui Theodosij Magni  
 tempore Magistri potestatem in Imperiali aula obtinebat, Gregorij Theologi  
 fratrem fuisse scribit: cum tamen certum sit, Cæsarium illum Nazianzeni ger-  
 manum superstitionibus adhuc parentibus extremum vitæ diem obiisse, hoc est,  
 vel Iuliano apostata adhuc imperante, vel certè mox ab eius interitu. Quin ne  
 hoc quidem mihi verisimile videtur huius Cæsarij Nazianzeni esse quæstiones  
 illas Theologicas, quas D. Pontacus in sua Chronologia penes se esse ait. Nam  
 si præter Medicinæ scientiam, quam in Iuliani Augusti aula profitebatur, tantum  
 insuper in diuinarum litterarum doctrina profecisset, vt etiam in eo genere  
 monumentum eruditionis posteritati relinqueret, sanè Gregorius in ea Ora-  
 tione qua funus eius ornat, inter cæteras laudes, quas in eum congerit, hanc,  
 vt opinor, minimè omisisset. Tantum autem abest, vt quicquam tale ipsi tri-  
 buat, vt etiam in Epistolis acriter & acerbè eum insectetur, vt mundi illecebris  
 prorsus delinitum atque irretitum. Sed & in eodem libro Pontacum ob nomi-  
 num similitudinem lapsum esse non dubito, cum Aërium dictum esse Atheum  
 ait, cum id constanter ab Historicis sacris Aëtio tribuatur, quemadmodum item  
 illud, quod eodem loco Eunomium Aërij Notarium fuisse commemorat: qui  
 tamen non Aërij, sed Aëtij Notarius fuit. Quanquam etiam, vbi de Eunomio  
 agitur, grauiores ipsius errores ex authoribus Grecis afferri debuerunt. Verum  
 vt ad Aërium redeam, permirum sanè mihi visum est, quod Ioannes Damascenus  
 in libello de Hæresib. de eo tanquam adhuc viuo verba facit, cum tamen  
 inter Epiphanium, qui ipsius quoque errores litteris prodidit, & Damascenum  
 aliquot secula intercesserint. Quæ res in eam me opinionem adduxisset, libel-  
 lum illum antiquioris cuiusdam scriptoris esse, nisi postea mentionem quoque  
 Iconoclastarum faceret, aliorumque Hæreticorum, qui Damasceni ætate exi-  
 titerunt. Quonam ergo pacto hic nodus explicari queat, non satis perspicio,  
 nisi quis fortasè Hæreticum eum adhuc viuere dicat, cuius error nondum  
 extinctus sit.

ANTONII MELISSA multis locis restituta & emendata.

CAP. I. III.

EXTA T præclarum opus Antonij Monachi, ex variis authoribus tam factis  
 quam prophanis cõcinnatū, quod Melissa inscribitur. Id ego nuper cum in  
 manus sumplissem, multa inter legendū se obtulerūt, partim exemplaris Greci  
 vitio deprauata, partim etiā ob concisas atq; à suo corpore diuulsas sententias,

A 3j

ab interpretibus haud satis interdū cōmodè reddita. Quæ quidē hīc annotatē libuit, vt submotis velut obicibus ac salebris, sine offendiculis postea Lectores per hunc authorem grassari possint. Nec verò omnia colligere est animus, sed ea demum, quæ ad rem Theologicam pertinebunt: ne alioqui instituti mei memoriam abiicisse, atque extra septa, vt dici solet, proflire videar. Cap. 1. verba hæc, Tecto pulsa & sub dio, &c. falsò tribuuntur Gregorio Thaumaturgo: sunt enim Nazianzeni. Cap. 2. hæc Gregorij verba confusè leguntur, Qui diuersum quàm nos, &c. Sic enim legi debent: Qui diuersum quàm nos sentiunt, eos assumamus quidem, ac quoad fieri potest, curemus: eos verò, qui incurabiles sunt, ceu veritatis luem auersemur. Cap. 3. in Basilio, post hæc verba, iuxta Prophetæ orationem qui dicit, adde, Confige timore tuo carnes meas. Cap. 4. in Theologo lege, Multis in ipso littore navis demersa est. πολλοῖς enim ad nauigantes refertur, non ad ὄρμους. Versus est Terrastichorum Gregorij. Cap. 8. in Basilio, scribe in Græco, οἱ αἰεὶ τῷ καὶ τὸν βίον παρακλίαν. Locus est apud Basil. Homil. in princ. Prouerb. Cap. 16. aliter verò debuit locus ille Gregorij, qui est in magno Apolog. γὰρ ἴσον ἀνὰ τις ὀλίγης χερκίας μεταλάτοι πλεσίως, ἢ βαθείας ἀρετῆς καὶ μικρὸν. sic nempe, Citius quispiam exiguum vitium abundè perceperit, quàm amplissimam virtutem exiguè. Eod. cap. in Theologo, irrepsit error in Græco. Nam pro ἢ φρεῖς ὡδραμοδῶ (quod Gesnerus vertit, aut frigidus aër transiliens) scribi debet ἢ ψιζ. i. aut mica transuersim in fauces incidens. Locus est in Orat. de sancto Baptif. Sed & hīc quoque malim, vtcunque de imagine. s. diuina, gloriatur, quàm vt Gesnerus, vtcunque turgat sua specie. Quamquam illud longè grauius, quòd ποτὶς πλεονάσας reddidit, fluuius inundans, cūm potius vertendum esset, immoderata perpotatio. Et in fine, pro, venenum assumptum, malim vcnosum repertum. Eodem cap. hi versus, Nihil boni inter homines, Gregorij Nazianzeni sunt, non Nysifeni. Cap. 17. in Chrylost. arbitror delenda hæc verba, καὶ φίλων καὶ πρῶτον. Neque enim ad sensum quicquam faciunt, imò nec posterius vocabulum vllam habet significationem. Cap. 27. in Theologo, pro χρεῖσιν χρεώστω. Et sic in Latino, pro, Christo debitor esse malis, substitue, Christum debitorem habere malis. Locus est in Tetrastichis, vbi de beneficentia erga pauperes agit. Cap. 32. in Theologo, mutila sunt Græca, sed restituentur, si pro ἐξέμεγα, legamus ἐξεμεθήσεται, & in versione Latina post hæc verba, à tincis consumentur, subnectamus, aut, vt Scripturæ verbo vtar, euomentur. Hoc enim verbum habetur in lib. Iob. cap. 13. quod quidem exponens Nicetas apud Nazianzenū, ait Scripturam hac dictione vti, quòd quemadmodum is qui noxium aliquem cibum euomit, probos etiam vnà eicit, sic qui iniquis rationibus facultates suas auget, plerunque non tantūm iniuste patra amittit, sed ea quoque quæ iusto nomine possidebat. Cap. 33. dum Gregorij verba corrigere studet Gesnerus, ea peruertit. Nam dum πένησι legere mauult quàm πένης, eam nobis sententiam exhibet, quæ ab authoris sensu alienissima est. Sic enim Græca habent: ἕδὲν τῶ θεῷ μέγα, ὃ μὴ καὶ πένης δίδωσι. Nil apud Deum magni æstimatur, quòd non pauper quoque dare queat. Quibus verbis hoc vult, nullum munus Deo gratius offerri posse, quàm præstantissimas quasque virtutes, quas non minus à pauperibus quàm à copiosis hominibus accipere potest. Cap. 38. in Basilio, vertit interpretes, ὃ τῇ σαρκὶ πρῶτον ἀείματος τὸ πνεῦμα καταγωνίζεται (sic enim legendum, non καταγωνίζεται) qui carnem auget, spiritum impedit. Ego sic: Qui se carni adiungit, spiritum expugnat,

pugnat. Cap. 39. in Theologo vitiosè legitur, *πικρὸν χρέμεις ἀπαιτῶ*. Emendat autem Gesnerus *ὑποστῶ*, & ad eam emendationem versionem suam accommodat. Reddit enim, Quid & tu laboras fastidio cibi. At in Græco legendum *ἀπειτῶ*. Quid & tu cruditate laboras, &c. Cap. 42. in Basilio putat interpres vitium inesse in voce *ἀκουσίως*, mauultque *θαιμασίως*. Sed nulla causa est quamobrem peruulgata lectio exulet. Nam & in Homilia in sanctam Iulittam, vnde hic locus sumptus est, eodem modo legitur, nisi quòd particula coniunctiua antecedit. Hoc enim dicit Basilius, gratias Deo esse habendas, qui nos etiam inuitos ab assiduis laboribus beneficio somni recreat. Cap. 51. in Theologo nihil est muti, quemadmodum suspicatur interpres. Hoc enim duntaxat vitij inest, quòd hæc verba, *ὡν γὰρ τὸς ἐπαύρις οἶδα τῶτων σαφῶς καὶ τὸς ἑπιδόσης*, non distinguuntur ab antecedentibus: cum tamen illa quæ præcedunt, sint Basilij, quæ autè sequuntur, sint Gregorij in initio Basilianæ orationis: quæ quia nō transtulit Gesnerus, eius vicem geremus, ac sic reddemus: Quarum enim rerum laudes, earum quoque incrementa noui. Cap. 57. in Theologo, Decebat nos nec applaudere nec flecti passionibus. Quo loco frustra applausum est ab interprete, qui minimè animaduertit mendam infedisè in verbo Græco *μαλακίῃ* legendum, hoc est mollicie atque ignauia laborare. Hanc enim lectionem omnia Gregorij exemplaria agnoscunt, non illam adulterinam ac supposititiam. Cap. 61. in Theologo, Græca quæ corrupta putat interpres, sic leguntur in Orat. ad ciues Naz. timore percuss. *δεινὸν ὑπείχειαι δαπανῆσαι τῇ σιωπῇ τῆς συνήθους*. i. graue ac periculofum est principum benignitatem ignoscendi assiduitate exhaurire atque absumere. Cap. 62. in Theologo, Noli inuidere præclarum aliquid facienti, quamuis illum tibi inuidum esse persuasus sis, ac idèd succenteas. Quo loco longè tum à verbis, tum à sensu Gregorij aberrat interpres. Sic enim Græca habent: *μὴ φθονήσης τῷ κατρηθῶτι, ὁ φθονήεις, καὶ φθονῆσαι πειθεῖς, καὶ ἀλλοτῶ το κατρηθῶτι*. Ne inuideas ei quæ rectè atque ex virtute aliquid agit, tu cui inuisum est. i. à diabolo, quique adductus es vt crederes tibi inuideri, ob idque corruisti. Persuasit enim diabolus homini, non alia de causa interdictum ipsi fuisse ne scientiæ arborem attingeret, quàm quòd Deus ipsius felicitati inuideret. Cap. 64. hunc Theologi versiculum, *κρείττω λογισμὸς ἀράξεων ἢ χρημάτων* vertit Gesnerus; Ratio melior est actionibus aut pecuniis: absurdo sensu. Hoc enim his verbis significat Gregorius, melius esse probarum actionum numerum subducere, quàm pecuniarum: hoc est, præstantiores esse virtutum quàm pecuniarum opes. Cap. 66. Timores non inuites, &c. Hæc sententia non Basilij est, sed Nazianzeni; in Epist. ad Cæsar. fratrem. Cap. 70. in principio mutila sunt Græca. Sic autem integra erunt, *μήτε τὸ ἀλγεῖν ἀποθνήσκον ἢ*, &c. suntque verba Nazianzeni. Cap. 73. Sufficit enim eis vel vnus oppositus. Malim, Satis enim superque est vel vnus aduersarius. i. diabolus.

Emendantur multa ex lib. 2. Melissæ.

CAP. V.

QVAM nonnihil repurgando priori Melissæ libro operam dedimus, eandem alteri quoque impendemus. Nam & in hoc quoque Ribittus interpres, dum Gesneri iudicio contentus, in obscurioribus locis ad fontes ipsos recurrere, atque Authores, vnde sententiæ collectæ sunt, consulere recusat, interdum Græca parum fideliter & commodè reddit. Cap. 1. in Theologo, Hoc est viri

A iiij

innatam vim cognoscentis. Lege in Græco *σοφείας*, vt Iambus expleatur. Hic porro *σοφείας*, cognationem eam significat, quæ vnicuique cum singulis mortalibus intercedit. Cap. 3. hæc verba, Nullus Episcopi munere fungens, &c. Basilij sunt non Theologi. Vbi etiam fallitur interpres, qui *ἐν τῷ λαϊκῷ* vertit, in oratione populari. Vertendum enim potius erat, cum adhuc inter laicos censeretur. Basilij etenim ab obrectatoribus hoc nomine in crimen vocabatur, quod ad Apollinarium quondam scripisset. Quam calumniam ille Epist. 73. diluens, negat sibi vitio verti debere, quod aliquando, cum adhuc laicus esset, ad eum nondum fide lapsus litteras de rebus nihil ad fidem pertinentibus dedisset. Cap. 4. in Basilio, tribuum præfectis. Scribe, ambitiolis, *φιλαρχούτων*. In Theologo, Vnusquisque in quo ordine vocatus est, maneat, etiam si fuerit maioris æstimationis. Corruptè est in Græco *ἀξίας*, pro *ἀξίως*. i. tametsi maiore dignus sit. Cap. 5. in fin. sic exple lacunam, Occidit autem facile & scorpius & paltinaca. Versus est ex Tetrastichis. Cap. 19. in Theologo: & id erit gratia dignum maiori. *καὶ χρείς ἔσται τῆ νίκῃ πλέον*. Legendum tamen, *καὶ χαίρεισθαι πλέον*. i. magis oblectabitur. Sic enim codices omnes Gregorij habent in Orat. de seipf. cum ex agro in urbem rediisset. Cap. 26. in Basilio. Extremæ inhumanitatis est subsidia vitæ quætere ab eo cui necessaria vitæ desunt, &c. In quibus verbis à Græcorum verborum sententia procul recedit interpres. Sic enim habent, *τῷ ὄντι ὑπερβολῶ ἀπανθρωπίας ἔχει τὸν μὲν τῷ ἀναγκάσιον εἰδῶς ἔχοντα ζητεῖν δάνεισμα* (hanc enim vocem addo ex Basilio, in Hom. in reliq. Psal. 14.) *εἰς ὑδραμυγίαν τῶ βίβ*. i. Sanè incredibilis cuiusdam inhumanitatis est, eum quidem, qui rerum ad vitam necessarium penuria laborat, mutuum petere. Cap. 28. in Basil. Qui se fœnoribus subiectum reddit, quorum possessionem non tenet. Hic littera vna in Græco ommissa sententiam corrumpit. Sic enim legitur, *ὁ γὰρ πόκοις ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καταστήσας, ὡν τὴ κλίσην ἐχ ὑφίσταται*, cum *πῶ ἐκλίσην* legendum constet ex Basilio in ead. Hom. hoc est, Is qui fœneratiis pecuniis se obstrinxit, quas persolvere nequit. Cap. 33. in Prouerb. *τάξις εἰς ἐτέλατο*. scribe *ἐστέλατο*. Cap. 34. in Theologo, Mulieres insipientissimæ pulchritudine sua carentes ad pecunias confugiunt. Vna littera deprauata hunc locum fœdè maculauit. Pro *χρήματα* enim perspicuè legi debet *χρόματα*, vt sit sensus: Mulierum stultissimæ natiua pulchritudine carentes ad pigmenta confugiunt. Locus est in Orat. funeb. de laud. patr. Paulo pòst: Asperi sunt dracones, aspides maleficæ: sed mulieris asperitas acerbior quàm ferarum. Hæc quoque Gregorij sunt, non Chrysostomi, sed prorsus ineptè reddita. Græca sunt huiusmodi.

*Δεινὸν δράκοντες, καὶ χακοδρον ἀσπίδες,*

*Διπλῆ γυναικὸς δεινότης ἐν θηείοις.*

Horrendi, inquit, dracones: versutæ aspides. Duplex inter feras est vis mulieris. Hoc est, vt planiùs explicem, mulier draconum fœuitiem cum aspidum fraude ac versutia copulauit. Cap. 38. in Athanasio, Traduntur sæpè, &c. Hæc Gregorij sunt in Orat. Athanasiana. Cap. 43. in Theologo, Qui seipf. à mundo separant, & solitudinem amplectuntur, Deo viuunt, omnium maximè qui corpore aluntur. Vnius litteræ detrimentum sensui non nihil officit. Scribitur enim, *πάντων μᾶλλον προφομῶν ἐν σώματι*, cum scribi debeat *προφομῶν*. i. qui in corpore versantur. Et aliquanto inferiùs: Philosophari quanto est maius, tanto etiam difficilius, quod non multi facere conantur, &c. Hæc postrema verba non satis exprimunt Græca, *καὶ ἐπὶ πολλῶν τὴ ἐγχείρημα*. i. nec huiusmodi conatus

eonarius atque institutum est cuiuslibet. Loquitur de vita Monastica, atque  
 omnibus virtutis numeris absoluta. Sumptuosusque est hic locus ex Orat. de Ca-  
 sario fratre, Cap. 46. Quantum est malum. Lege in Græco ὁμοιον, non ὅσον.  
 Et paulo post, Infirma ingenia languida sunt, difficiliusque ad se commouen-  
 dum: & in neutram partem insigniter inclinant otiosorum momenta. Quæ  
 vltima verba foedum in modum in Græco deprauata sunt, οἱ τὰ τῆς ἀριουίτων  
 κινήματα. Ex quibus verbis vt sensum eliciat Gesnerus, iugulat οἱ, & pro ἀρ-  
 κούτων, legit ἀρριούτων. Sed huic sanando vulnere parum apra est hæc medi-  
 cina. Quare certius remedium ex ipso Gregorio petendum est, apud quem in  
 Orat. de moderad. disput. tum in Oxculis, tum in manuscriptis codicib. ita hæc  
 leguntur, οἷα τὰ τῆς ναρκούτων κινήματα i. velut hominum torpore laboran-  
 tium incessus. Cap. 55. in Theologo, Vnusquisque nostrum aliquid debet, &  
 Christus multa facit nomina. Hoc loco articulus græcus cum nomine suo  
 confusus, Gesnerus atque interpretem Ribittum ita turbauit, vt summa cum  
 iniuria vocabulum illud sede sua eiecerint, eique ἡρεσις subrogarint. Quam-  
 quidem emendationem, si emendatio potius ea quam deprauatio dicenda est,  
 quid est cur admittamus, cum prior lectio perbellè quadrèt, ac cum omnibus  
 Gregorij codicibus consentiat in quibus sic legitur, ἡρεσις ἢ κηλὶς ὅτι ἐπιπι-  
 μίσις (quæ allusio est ad 8. cap. Eccli.) καὶ ὁ χυδὸς πολλὰ φέρει τὰ ὀφλήματα i. Vnus-  
 quisque nostrum pœnæ obnoxius est, ac terra (s. ex qua orti sumus) multa se-  
 cum debita trahit. Est autem hic locus in Orat. ad ciues Nazianz. Paulopost  
 Gesnerus, vt laboranti Iambo medeatur, pro ὀφείλασι συμπαθῆς, reponit ὀφεί-  
 λης ἐμπαθῆς. Legendum tamen est, ὀφλῃσι συμπαθῆς, vt est in Gregorij Te-  
 trastichis. Et infra, in his verbis, Et sæpenumerò mentionem facio, sic corri-  
 genda sunt græca, καὶ τὸ συζητῶμαι πολλάκις μέγα πρὸς σωτηρίαν, ἀλλὰ καὶ εὐ-  
 ζην τὸν ἀδικήματα, καὶ μετῴρον εἰς φίληρον ἐκ φόβου, πῶς ἀσφαλῆστερον εὐνοίαν i.  
 Ignoscendi facilitas magno persæpè ad salutem adiumento est, vt quæ eum,  
 qui iniuriam intulit, pudore reprimat, atque ex metu ad amorem, quæ certior  
 beneuolentia est, traducat. Cap. 56. in Theologo, Æquè vitiosum est im-  
 moderatum obsequium & cōdemnatio omni venia semota. In græco pro ἡρεσις,  
 vnica littera mutata ἡρεσις legendum i. indulgentia, ac noxæ condonatio. Nō  
 longè hinc in Chrysof. Quid potest esse iniuriarum recordatione deterius,  
 quæ humanitatem promptam reuocat? G. ἐνεσις ἡρεσις i. instar sententiæ cuius-  
 dam prolatam. Loquitur de seruo illo, cuius erga conseruum crudelitate fa-  
 ctum est, vt Dominus in Euangelio benignitatem suam, debitæque pecuniæ  
 remissionem reuocarit. Cap. 68. in Theologo, Qui ingenio sunt bellicoso, &c.  
 Mutila hoc loco non sunt græca, vt censet interpres: tamen quædam sunt  
 verba ex Orat. 1. de Pace, sic restituenda: τῆς ἀρπικειμῶν μελῶν ὅσοι πολεμικοὶ  
 τὸν πρῶτον, καὶ τὸ εὐδύκιμον τῶ χερῶν ἡρώδου i. Aduersariæ partis (hoc est dia-  
 boli) sunt ij omnes, qui contentiosis sunt moribus, quique nouitate famam au-  
 cupantur. Cap. 73. Politici opus, &c. Hæc verba Gregorij sunt in Orat. funebr.  
 patr. non Basilij. Cap. 74. in Basilio, pulchra est sententia, sed in alienissimum,  
 imò præne contrarium sensum ab interprete detorta. Græca enim sunt huius-  
 modi ὅτι γεγαυρωμένα τὰ ὑψηλὰ ἢ τὴν ἐαυτῆς ὑψηλὴν κώπην πύφικε γινεῖται.  
 Quæ quidem ita Latina fecit Ribittus: Mores hominis superbi, si verè sanati  
 fuerint, solent esse sui despicientiores. Sic autem vertenda sunt: Sani homi-  
 nes superbi atque insolentes, cum coluntur & obseruantur, maiorem inde ar-  
 rogantiam concipere solent. His autem verbis vtitur Epist. 10. ad Euseb. Sa-

mosat. Cap. 84. in Theologo, Bonos remunerator, &c. sic hæc lege,  
Bonos remunerare, malos contemne:

Imò etiam hæc illis abs te gratia fiat, vt ne quid patiantur. Hic enim versus  
deest in græco,

*κἄν τοῖσδε κείθω τὸ μηδὲν παθεῖν χάρις.*

Et in 4. versu, pro τῷ παλίῳ, reponc τῷ μακροθύμῳ, ex Gregor. in Tetrastich.  
Cap. 89. in Theologo: Videndum ne mali serui simus, &c. Miror equidem  
quid tam sæpe in mentem veniat Gesnero græca immutare, atque in scirpo  
nodum quærere. Quid enim planius his verbis esse potest, *μὴ γενώμεθα δοῦλοι  
κακοί, ἀγαθῶντι μὲν ἐξομολογησόμενοι τῷ δεσπότῃ, παρ' εὐοπτι δὲ μὴ προσπιγέμενοι,*  
hoc est, Ne simus improbi serui, confitentes quidem Domino cum benefacit  
nobis, eidem autem castiganti minimè nos adiungentes. Et tamen hic quo-  
que Gesnerus in loco tam plano salebras sibi fingit, ac pro *προσπιγέμενοι*, quod  
in omnibus codicibus habetur, emendat *προσπύγμενοι*, eumque Ribittus in-  
terpres sequitur. Cap. 94. in Basilio, sic corripit græca *ὑποχρέωσις*, eis τὸ μάλλον  
*καταπολεμῆν τῆς ἀμαρτίας*. Sic enim legendum esse apparet ex Orat. 23. opuscu-  
li moralis à Simeone Metaphrasta excerpti. Cap. 95. in Basilio, Quasi ad alterũ  
mundum migrantes per meditationem. In græco *ἀσκήσεως* legendum, non  
*χέσεως*. Cap. vlt. pulcher & grauis locus est aduersus eos, qui non nisi festis ac  
solemnibus diebus ad Eucharistiam accedunt. Sed inest vitium in græco, quod  
dum tollere nititur Gesnerus, eiusmodi sententiam nobis obrudit, quæ cum  
Chrystostomi mente nullo modo coherere potest. Quod quò magis Lectori  
perspicuum fiat, Græca hîc ascribam. *ὃ γὰρ δὴ τὸ ἀπαξ (ἢ προσίεμαι) ἀπαλλά-  
ξει τῆς ἐγκλημάτων ἡμῶν ἀναξίως προσίεμεν: αὐτὸ δὴ τὸ μείζονος καταδικά-  
ζει, ὅτι ἀπαξ προσίόντες, ἔδὲ τότε καθαρῶς προσίεμεν.* Vbi certè quin aliquid  
vitij hæreat, dubitabit nemo, qui quidem iudicio sit præditus. Quoniam autè  
pacto depelli illud debeat, mihi nullo modo cum Gesnero conuenit, qui ita  
se extricat, vt pro *ἀναξίως* duobus vocabulis *ἀν ἀξίως* legat. Atque ad eam  
emendationem Ribittus translationem suam accommodans, Authoris verba  
mirum in modum torquet. Sic enim vertit: Nam vt semel in anno licet cum  
dignitate accedere, non liberat nos à peccatis, ita hoc ipsum magis cõdemnat,  
quòd semel tantum accedentes, ne tum quidem purè id faciamus. At nihil fa-  
cilis est, quàm hunc locum restituere. Vnica enim particula *ἀν* ante *ἀναξίως*  
collocata totum id munus explauerit. Sic enim erit sensus: Non enim semel  
tantum ad Eucharistiam accedere, crimine nos liberat, siquidem indignè ac-  
cedamus. Quin potius istud ipsum magis condemnat, quòd semel acceden-  
tes, ne tum quidè purè sanctèque id facimus, sed negligenter ac defunctoriè.  
Hunc esse verum ac germanum huius loci sensum, neminem tam peruicacis  
ingenij fore puto, qui non mihi facilè assentiat.

De crudelitate in naufragos: Vbi etiam Paulinus emendatur.

CAP. VI.

**A**N in aliis quoque huiusce regni regionibus, nescio, in insulis quidem  
certè Rupelle vicinis, omnibusque illis oris maritimis, viger crudelissima,  
atque immanissimis belluis potiùs, quàm Christianis hominibus digna con-  
suetudo. Nam si grauior quædam tempestas nauem aliquam, multis antè de-  
trimentis affectam, magnaque ex parte fractam, in littus eiecerit, tantũ abest  
vt ij, ad

vt ij, ad quos delata est, eiusmodi calamitate commoueantur, naufragisque vllis humanitatis officiis complectantur, vt eos ipsos, hoc nomine, quod miseri sint, odrint, hostiumque loco ac numero habeant, atque id omne quod fluctuum rabies ipsis reliqui fecerat, confestim diripiant: imò ne ab ipsorum quidem corporibus, si sua tueri ac retinere conentur, manus interdum abtineant. Quòd si loci Dominus iis opibus, eaque potentia fuerit, vt hanc eorum, quibus præest, feritatem prohibere queat, piratam ipsemet agit, ac naufragorum damna in sua commoda conuertit, nouisq; miseris sit scopulus. Quod quidem ius (nam ius quoque id facinus appellatur) tam crudele ac nefarium est, vt vix in vlla alia tempora, quàm hæc nostra, in quæ omnium scelerum monstra confluisse videntur, cadere potuisse crediturus fuerim, nisi melioribus seculis idem quoque vsurparum fuisse didicissem ex Paulino, viro vel Hieronymi & Augustini elogiis sanctissimo, atque eximia quadam pietate prædito. Etenim in Epist. ad Macar. non sine magna verborum grauitate narrat, quemadmodum Posthumiani cuiusdam procurator, Secundiniani nauem ad Domini sui littus naufragio delatam occuparit: agitque cum eo ad quem scribit, vt Secundiniani causam suscipiat. Sed in eo Epistolæ loco fœda macula irrepsit, qua ita sensus obscuratur, vt Lector vix vllam lucem dispicere possit. Sic enim editum est: Ne patiaris inuidia diaboli per hominem improbum Secundiniano eripi, vel iam ereptum negari, quod illi de naufragio redonauit Deus. Procurator Christiani viri fratris nostri Posthumiani esse dicitur, qui eam nauem, in Brutiorum litore, quo possessio Senatoris alluitur, allapsam, auarior mari & sene meo, parone piraticam in terra agens occupauit, & captam vacuefecit. Quibus in verbis, quid sit, auarior sene meo, &, parone, alij viderint. Mihi sanè lux statim huic loco affutura esse videtur, si sic legamus, auarior mari, & sine myoparone piraticam in terra agens, &c.

*De vocabulo ὀμωσις: & quid de eo memoria prodidit Ambrosius: & de altera eius significatione apud Origenem.* CAP. VII.

QVANTA animorum contentione in hoc olim incubuerint Arriani, vt ὀμωσις non rem solùm, sed vocem quoque ipsam ab Ecclesia prosciberent, nemo tam Ecclesiasticarum rerum ignarus est, cui non sit exploratum. Quod cum nec vi vlla, nec technis vllis consequi possent, adiecta vna litterula vim totam illius frangere studuerunt, hac videlicet conditione arma se posituros, atque ad Ecclesiæ castra redituros pollicètes, si vocis illius loco, ὀμωσις vocabulum induceretur. Sed fortibus pastoribus, dignisq; petra illa, quam Paulus Christum interpretatur, nulla pax tanti fuit, vt eam perfidia, sanctæque religionis proditione comparandam existimarent. Itaque ab Ecclesiis suis, à fortunis omnibus, à patrio late, atque ad eò ab ipsa vita diuelli potius habuerunt, quàm vocem eam, quæ de impio Arrianorum dogmate in Concilio Niceno triumphum egerat, abiicere. Quin Homoouistiarum nomen, quod ipsis, vt Epist. 73. Basilus testatur, probrosè opiici solebat, amplum semper atque honorificum sibi censuerunt. Sed hæc peruulgata. Illud fortassè non perinde quibuslibet notum, quidnam Nicenos Patres impulerit, vt huiusmodi vocabulum adhiberent, cum piam atque orthodoxam de filij diuinitate doctrinam sancirent. Quocirca operæpretium facturus videor, si, quid de ea re Ambrosius tradiderit, hoc loco ascribam, vt intelligatur hæreticos hunc mucronem,

quo eorum error iugulatus, funditusque deletus est, Catholicis porrexisset. Eius ergo lib. 3. de Fid. cap. ult. hæc verba sunt. Quid est aliud cur Homousion Patri Filium nolunt dici, nisi quia nolunt illum Filium Dei confiteri? sicut auctor ipsorum Eusebius Nicomedienensis Epistola sua prodidit, dicens: Si verum Dei Filium & increatum dicimus, Homousion cum Patre incipimus confiteri. Hæc cum lecta esset Epistola in Concilio Niceno, hoc verbum in tractatu posuerunt Patres, quod viderunt aduersariis esse formidini: ut tanquam euaginato ab ipsis gladio, ipsorum nefandæ caput hæresis amputarent. Hæc ille. Huius porro vocabuli commemoratio me admonet, ut quæ de eo loco cap. 37. Comment. in Iob, qui Origeni tribuuntur, in quod τὸ ὁμοῖον mentio fit, quid mihi videatur, exponam. Neque enim id tanquam de tripode dictum accipi à me velim, ut qui libentissimè ab hac sententia decessurus sim, si quis meliorem ac probabiliorē attulerit. Hæc igitur verba, Neque ergo ὁμοῖον aliquid eius est, &c. non ita accipienda esse existimo, quasi nihil omninò eiusdem cum Patre substantiæ sit (hoc enim in Filio & Spiritu sancto falsum est) sed de Deo simpliciter intelligenda, cum quo nulla omninò res condita eandem substantiam habet. Et certè in Græco ὁμοῖον πᾶσι αὐτῶν est, non autem αὐτῶν tantum. Quæ quidem præpositio id de rebus conditis intelligi debere indicat. Neque enim ad Filium quoque referendum esse patet ex ea ratione quam subnectit. His autem verbis Marcionem tacitè pungere videtur, qui, ut refert Theodorit. lib. 1. Compend. fabul. hæretic. in eius hæresi, animas humanas eiusdem cum Deo essentiæ esse contendebat. Atque huc quoque pertinere arbitror, quod Cap. seq. de Homousiasticis habetur. Vbi tamen pro apud Homousiasticas, legendum est, aduersus Homousiasticas. Est enim in eo ipso Græco codice, quo Perionius interpret vsus est, κατὰ ὁμοῖον. Nam cum illic ne vna quidem syllaba sit, quæ aduersus ὁμοῖον (ut eam vocem Niceni Patres acceperunt) faciat, liquidò constat alios hic ὁμοῖον notari, Marcionistas nimirum, aut alios eiusdem opinionis.

*Emendata aliquot loca ex iisdem Commentariis.*

CAP. VIII.

**A**UTHOR eorundem Commentariorum in Iob, siue sit Origenes, siue alius quispiam, antiquus certè vir & eruditus, Cap. 38. longam disputationem texit aduersus Genechliacos, plurimisque rationibus atque argumentis probat fideris natalitij notatione humanis actionibus nihil necessitatis afferre: proindeque vanos esse, qui in animaduertendis huiusmodi fideribus occupantur. Sed in eo cap. partim Græci exemplaris, partim etiam interpretis vitio, nonnulla ita reddita sunt, ut neminem esse existimem, qui commodum vllum sensum inde eruere queat. Quamobrem Lectori haud molestum fore puto, si quæ mihi mutanda videntur, hic breuiter annotaro. Ac primùm illud absurdum est, quod ὡς ἐγώ (.i. laudatus sum) transfert interpret, Dominus constitutus sum. Quis enim hoc æquis auribus audiat, Deum tum denique Dominum ab Angelis constitutum fuisse, cum ea quæ sub sensum cadunt, facere instituit? Proximè, ὀλιγοψύχοις vertit socordes & ignauos. mallè ineptos & absurdos. Sed nimis ineptus sum, qui tam leue erratum notem, ac velut in mustaceo laureolam quærete videar. Illud verò fortassè non ita leue videri queat, quod aliquanto inferiùs sequitur: Sed cum non assequitur id, quod  
verum

verum est, ait donum totum mendacibus periisse. Ex quibus verbis cum nullus sensus elici possit, quiquidem cum authoris mente conveniat, non equidem dubito, quin audacia mea apud candidum Lectorem facile veniam impetratura sit, si pro eo quod est in Græco, φησὶ δῶρον ψεύσιν παρεξολείδαι ἅπαι, substituam φησὶ δὲ ὧρον ψεύσιν, &c. id est, ait propter horarum mendacium .i. quia certa horarum spatia non satis comprehensa habuerit, omnem sibi operam periisse. Mox, pro animalibus, signa malim, ut apertior sit sensus. Ibidemque ex Græco hæc sic restituo: aut etiam propter signorum transitum, cum stellæ in alia loca, vel ad alia signa transeant, horæ comprehensio concedetur, aut si ea comprehenditur, &c. Non longè autem hinc in densissimis tenebris versatur interpret, atque ita multa peccat, ut nulla mihi causa videatur, cur iis proferendis ac notandis chartam onerem. Ac præterquam quod in sensu labitur, ne versus quidè ab oratione soluta internouit: qui tamen animaduersi atque intellecti non parum huic loco splendoris afferunt. Ego igitur ad hunc modum ea transferenda censuerim. Cum enim dixisti,

Ἦν δὲ Κρόνον ἐσίδης γέγραρον ἐν Κύβριδος οἴκῳ,  
Γάλλυς ἢ μοιχὸς ἐνεπε τίω γένεσιν. id est,  
Ædibus in Veneris Saturnus visus amœnæ,  
Aut galli aut mœchi sidus habere docet.

Adhortans autem ad preces, ait:

Εὐχέσθω δὲ μοιχὸς ἀνὴρ καὶ ἄσωπτος ἀκοδοί,  
Πόρνη καὶ μαλακὸς μὴ κατὰ γων γένεσιν. id est,  
Oret ut & nequam, & fœdus dicatur adulter,  
Non pathici atque hominis mollis habens genesim.

Atqui, ô bone vir, preces quâ vim habent ad sideris natalitij (hoc est fati) euerfionem? Nam ne genesis quidem genesis est, siquidem verum est quod profiteris, te omnibus dominari posse ( hoc loco corruptè ac nullò planè sensu legitur in Græco, εἰς τὸ πάντων κρατεῖν δυνάσθαι τὸ ἀπάγγελμα, pro quo accommodatus fortalsè fuerit, εἰς τὸ πάντων κρατεῖν δυνάσθαι τὸ ἐπάγγελμα, iuxta illud, Sapiens dominabitur astris.) Quod si immutabile & inuictum est fatum, cur hortaris homines, ut precibus deteriores non sint: ( Expedire enim eis libidinosi atque adulteris esse potiùs, quàm cinædis & mœchibus:) cum nihil ex huiusmodi precatione fructus ad eos redeat, qui huiusmodi natalitio fidere nati sint? Porro cum hæc duo inter se pugnent, nempe & diis pro maiorum malorum auerfione supplicare, & sideris natalitij fatum vbique vincere, profectò is qui vtrumque docet, amens est. Preces enim, fatum, si modò est, non possunt tollere. Hæc sunt quæ in hoc caput 38. annotanda censui. Nam quæ sunt eiusmodi, ut sensum non admodum labefactent, ea dissimulanter prætereo: ut quod paulopòst sequitur, Menander tantus vates, pro, tuus vates, ὁ σὸς, & similia.

BASILII & CHRYSOSTOMI lucubrationes quædam ab Erasmi  
censura vindicatæ. CAP. IX.

MERITò fanè hoc nomine in multorum grauissimorum virorum offensionem Erasmus incurrit, quod nullis plerunque, aut certè non nisi frigidis & insulis rationibus fretus, integros etiam libros prisca Patribus adimere non dubitavit. Quæquidem ipsius temeritas (quid enim id facinus libertatem appellem?) vtinam saltem in Latinis scriptoribus constitisset, nec ad Græcos etiam, & quidem primæ notæ Doctores sese porrexisset. Etenim, ut cæteros

B

In Regio  
libro cor-  
ruptè le-  
gitur,  
κυσί  
πασιδος  
οἴκῳ.

mittam, Basilium quoque libri sui de Spir. sanct. bona parte truncare, & Chrysoftomum totis suis in Apostolorum Acta, & in posteriorem Pauli ad Corinth. Commentariis mutilare conatur: idque interdum cum tanta verborum acerbitate atque contumelia, vt in eo non modò iudicij grauitatem, sed etiam bonam mentem desiderare cogar. Quid enim aut de se arrogantius, aut in Chrysoftomum petulantius dicere poterat, quàm quòd in quadam ad Tonstallum Epistola, summi illius viri in Acta enarrationes suggillans, meliora se, etiam ebrium scribere potuisse iactat? Atqui tamen Chrysoftomus, illic in interpretando Scripturæ contextu breuior aliquanto, minùsque accuratus, quàm pro suo more, sit: tamen & phrasis ipsa (nam Græci quoque codicis mihi copiam libenter fecit Mullius vir clarissimus, propinquus ac summus amicus meus) & locorum communium tractandorum ratio, atque adedò spiritus ille, qui in omnibus Chrysoftomi scriptis viget, planè hunc librum ei asserunt. Quòd si hæc minùs sufficiunt, eiusmodi testem proferam, cuius pondus omnes Erasmi suspiciones protinus oppressurum est. Quis enim non multo potius ei fidem habendam putet, qui ante septingentos annos ex eo libro testimonium producens, Chrysoftomum auctorem apertè vocat, quàm ei qui nihil præter mera somnia, hoc est opiniones nulla solida ratione nixas, assert: Damascenus itaque (nam is est quem intelligo) lib. 3. cap. 15. de Orthod. fid. ex eo in 2. Homil. in Acta, Christi passionem propter beneficia, quæ hinc ad vniuersum hominù genus profluxerunt, actionis quodammodò rationem habere ostendit. Pari temeritate eiusdem in secundam Pauli ad Corinthios Homilias, vt nothas atque adulterinas atro calculo notat, & expungit. Quibus tamen haud scio an quicquam vnquam eruditius in lucem Chrysoftomus extulerit. Certè qui eas cum illis, quas in Epistolam ad Romanos edidit (quem verum ipsius foetum esse nemo adhuc extitit qui negaret) conferre voluerit, non lac lacti, vt prouerbio dici solet, nec ouum ouo similis, quàm eas inter se esse comperiet. Iam quia in ea Epistola, quam libro de Spiritu sancto idem Erasmus præfixit, vnà cum his duabus lucubrationibus, quas apertè iugulat, partem etiam illius tractatus Basilio assutam, falsòque ascriptam fuisse suspicatur, equidem vix risum in stomacho tenere queo, cum, quàm leuibus planèque stuppeis ratiunculis eruditissimi libri auctoritatem obterere, tamque pio viro germanum suum foetum eripere, aut certè imminuere nititur, animaduerto. Primùm ei vitio vertit, quòd interdum ad tragicum cothurnum intumescat eius oratio, nunc rursus ad vulgarem sermonem subsidat. Quasi verò non omnibus Oratoribus hoc familiare sit, vt, cum materia hoc poscit, altiùs stilum attollant, grandiorique dicendi genere vtantur. Deinde hunc librum Basilio ea de causa indignum esse censet, quòd in eo Author subinane quiddam habere videatur, velutque ostendet se didicisse quæ Aristoteles in Prædicamentis, & Porphyrius in libello de Quinque vocibus prædicabilibus tradiderunt. Ineptè id sanè, atque imperitè. Quid enim? An cum totius disputationis cardo in exiguarum quidem, sed permagni interim momenti præpositionum explicatione versaretur, fideique aduersarij externæ disciplinæ præsidii aduersus Orthodoxos abuterentur, eruditissimum virum minimè decuit, quo gladio illi per ipsius latus Ecclesiam petebant, eodem ipsos trucidare, planumque facere eos armis etiam illis, quibus plurimùm confidebant, inferiores esse? Nam de phrasis dissimilitudine, quam etiam caufatur, in eo certè (quemadmodù & in 2. Hom. de Ieiun. quæ, repugnet ille quantum volet, Basilij tamen est, citaturque à Damasceno

mascono in Parallelis) perspicuè fallitur. Neque enim vllum phrasis discrimen à quoquam agnoscì potest: vti facile existimabit, quisquis totum librum cum iudicio exolverit. Quid autem est quamobrem refutandis illius coniecturis diutiùs immòrer, cum vnus Eurhymius, Græcus etiam author, qui Alexij Imperatoris ætate floruit, omnes eas vno ictu profus elidat? Quoties enim hunc librum in sua Panoplia citat (id autem libentissimè facit) semper eum triginta Caputum librum nuncupat: vt iam nulla dubitandi occasio cuiquam relinqui videatur, quin totum illud opus Basilij sit. Hæc autē idcirco minùs grauius commemorauì, quoniam alioqui verebar ne sinistra illa Erasmi suspicio apud nonnullos tantum valeret, vt propterea 27. capitib. illius libri, in quo Ecclesiasticæ traditiones frementibus omnibus Hæreticis constituuntur, auctoritate, minùs quàm par esset, mouerentur.

*Notata aliquot loca, in quibus Erasmi interpretatio à D. Basilij verbis discrepare videtur.* CAP. X.

QVONIAM librum illu de Spiritu sancto, qui Basilij Magni nomine circumfertur, verum ac germanum ipsius esse superiore capite ostendimus, nunc in quibus Erasmi versio à Græcis interdum dissideat, annotare nõ grauior. Nec tamen omnia huc cumulabo, sed ea duntaxat, quibus sententia corumpitur, aut certè obscuratur. Ac primùm ipsius verba apponam, tum Græca, quæ mox ipse, vt potero, Latina faciam. Cap. 1. Verum etiam vt ebs, qui illi huius studij consortes sunt, & omnium laborum socij sunt, ad perfectionem festinanti ad vberiolem profectum prouocemus. *G. ἀρχαίην δὲ εἰς τὸ πρῶτον, σωφρασιδὸς αὐτῶ τῆς σωδῆς, καὶ πάντα σωεκπονοῦντας ἐπειροῦν, ὡς πρὸς τελείωσιν.* .i. vt eum potèd prouehamus, studiumq; vnà cum eò suscipiamus, atque ad perfectionem contendenti socios laboris nos adiungamus. Paulo post, testimoniis de Christo prolatis. *G. ἐν τοῖς ὑπὲρ χειρῶν μαρτυρείαις.* .i. tum cum martyrio pro Christo perfundendum est. Et infra, cum alij quidem ex his qui tum aderant, id obseruauerunt. *G. ἐπέστησαν πρὸς τῶν παρόντων.* .i. ingruerunt in nos, vel, reprehenderunt nos. Non enim idem est ἑπιστήλην, quod ἐπιτηρεῖν. Cap. 2. Librariorum negligentia pro Aëtio, Aërio legitur. Cap. 3. aliàs sine quibus ratio non subsistat. *G. τὰ δὲ τῶν οὐκ ἀνευ λόγων ὑπέχειν.* .i. aliàs autem hanc rationem habete, vt sine iis nil efficiatur. Mox, vt causa vocabulo aliàs declaratur ipse conditor, aliàs instrumentum. *G. ὡς ἄλλως τὸν διωκτῆρα σημαίνει, καὶ τὸ ὄργανον ἄλλως.* .i. ita vt aliter opifex, aliter instrumentum significetur. In fin. à rebus sensibilibus. *G. ὡς τῶν ἑξωθεν.* .i. à prophanis auctoribus. Cap. 4. Haud tamen spiritus libertatem vlllo modo seruire iuxta submissionem & indignitatem rerum sensibilibus, sed iuxta id quod semper adest, ad exprimendam rerum proprietatem vocabulis nonnihil abutimur. *G. ἢ μὲν πῶς γε τὸ πνεῦμα τοῦ ἐλευθερίου δουλεύει πάντως φανερῶ τῇ μικροσυνεπειᾷ τῶν ἑξωθεν, ἀλλὰ καὶ τὸ αἰὲν προσυγχάων οἰκείως ταῖς χεῖραις ὑπαλλάττειν τὰς ἐμφανήσας.* .i. Haud tamen Spiritus libertatem humilibus & abiectis externorum auctorum disciplinis profus seruire dicimus, verum habita ratione eius quod subinde occurrit, accommodatè ad id quod ex usu est, enunciationes immutare. Cap. 5. Quis, hic non profus id quod absurdum est, significat. ἄπορον non idem est quod ἀτοπον, sed ἀδύνατον. Et infra, Ioseph loquens de insomniis, quæ viderat in carcere. Vertendum potius, quæ videntur ij, qui in carcere erant. Cap. 6. Vt iam non possint dicere per hanc vocem, inferiorem dignitatis gradum significari. *G. λειπόμενον τοῖνυν αὐτὸς τὸ τῆς ἀξίως ὑποδύεσθαι τῆς φωνῆς ταύτης*

διαδοθαι λέγειν .i. Reliquum est igitur, vt per hanc vocem inferiorem dignita-  
 tis gradum indicari asserant. Et aliquantò post: Scabelli locus iis conuenit,  
 qui sunt inferioris existimationis. G. τοῖς ὑποδομοῦναις ὑποπίστωσις .i. iis qui  
 subiectione opus habent. Cap. 7. nouam formam præferunt veteri. G. ἐδοῦνται  
 vestem. Vbi etiam per φιλοκόσμησις, mundi amantes lubentius intellexerim,  
 quàm ornatus studiosos. Cap. 8. Rex vocatur eorum, qui iam transgressi sunt,  
 legitimâque castigatione opus habent. G. βασιλεὺς δὲ λέγεται τῶν ὑφ' ἑαυτοῦ  
 ἐκκόπων ἡδὴ, καὶ τῆς ἐνόμου ἑπιτασίας δομοῦναι. Rex autem dicitur eorum, qui  
 altius iam assurrexerunt, ac legitimo imperio & gubernatione opus habent.  
 Paulopost, grauiter laborantem suscipere dignatus est, G. ἐξιώμενος sanare.  
 Ita vertit Erasmus, quasi legisset δεξιόμοσος. Non longè hinc, ob promptitu-  
 dinem illius quod erat in nobis. G. ἐκ τῆς ἐπομοσίας τῶν ἐφ' ἡμῶν .i. per liberi  
 arbitrij nostri preparationem. Aliquanto inferius, Audientes enim viam, &c.  
 G. πῶ γὰρ εἰρμῶ καὶ τάξει ἀφ' ἑργῶν τῆς δικαιοσύνης, καὶ τῶν φημισμῶν τῆς γνώ-  
 σεως ἔπι τὸ τέλειον θεωροῦναι ὁδὸν ἐξακούμεν, αἰεὶ τῶν πρῶτον ἐπορεῖν ἡμῶν .i. per  
 viam profectum eum, qui serie quadam atque ordine, per iustitiæ opera & scien-  
 tiæ illuminationem ad perfectionem fit, intelligimus, semper id quod antè  
 est appetentes. Videtur autem Erasmus legisse, αἰεὶ ἔπι τὸ πρῶτον ἐπειρέμενοι,  
 non τῶν πρῶτον ἐπορεῖν ἡμῶν. Non longè hinc, qui gubernat omnia verbo veri-  
 tatis suæ. Lege, qui portat omnia verbo virtutis suæ. Mox, naturam habet  
 inuolabili potentia obsequentem. G. βυβλίματι ἀδιάσπαστον, voluntate nõ coacta.  
 Non longo post interuallo, Neque enim ex operum differentia &c. Hęc sic mal-  
 lem: Non enim ex operum differentia Pater conspicitur, quod videlicet pec-  
 ciliarem atque à Filio distinctam actionem habeat (quæ quæque enim viderit  
 Patrem facientem, hęc & Filius similiter facit) verum ex gloria, quæ ei ab uni-  
 genito defertur, operum miraculum carpit. In fine, non autem sumitur ad  
 proloquium causæ efficientis. G. ἐπι κατηρεῖα, ad insectationem ac repre-  
 hensionem. Cap. 9. à tumultu cupiditatum. G. κηλίδος, labe. Cap. 10. Sicut  
 solent aris alieni debitores, qui sanè cordati sunt. G. οἱ δὲ δὴν ἐγνώμονες .i. qui  
 scilicet candidi sunt. Hęc enim Ironicè legi debent. Aliàs enim ἀγνώμονες po-  
 tius scribendum esset, hoc est malæ fidei. Neque enim debitores illi bonæ fi-  
 dei sunt, qui nisi syngraphis suis vrgeantur, debita non agnoscunt. Cap. 12.  
 Neminem verò debet offendere. G. ὡς ἀκρίβεια, in fraudem inducat, ὡς ἀ-  
 λογιζέσθω. Cap. 14. in fin. Quorsum igitur attinet. his aliquid addere, in qui-  
 bus abundè multæ sunt obiectiones dissolutæ? G. τί οὐδὲ πρὸς τῶν πο-  
 λῶν γὰρ δὴ τῶν ἀγλύσεων εὐποροῦσιν. id est, Quid igitur adhuc sequitur? Mul-  
 tis quippè solutionibus abundant. Cap. 15. quæ & præcedentem finiat, & ini-  
 tium det secutura. Corruptè hinc in græco legitur παραποιῦντα. pro quo scri-  
 bendum περιποιῦντα, vt etiam apparet legisse Erasmus. Infra, vt quæ quæ il-  
 lud seculum iuxta naturam possedit, hæc nos occupantes corrigamus. G. ὡς  
 ἀπὸ ὁ ἀγῶν ἐκείνος καὶ φύσιν κέληται ταῦτα παραλαβόντας ἡμῶν ἐκ παραπρέστωσις  
 κατορθοῦ .i. vt quæ æuam illud suapte natura habet, hoc nos per animi indu-  
 ctionem occupantes, præstemus. Κατορθοῦ enim longè aliud significat quàm  
 διορθοῦ. Id quod plerique non satis animaduertentes, sæpè labuntur. Nõ lon-  
 gè post, Insuper & illinc cognoscitur, quàm excellens sit gratia, quæ à spiritu  
 confertur in baptisate. G. ἐπὶ κακείνης τῆς ἀπὸ τοῦ πνεύματος χάριτος πρὸς τὸ  
 ἐνὶ δαπὶ βάπτισμα γινόμενον τὸ ἀφόρον .i. Ad hæc hinc quoque perspicuum est,  
 quantum inter eam gratiam, quæ à spiritu proficiscitur, & baptisatum eum,  
 qui aqua tantum constabat, discriminis sit.

Qua in eadem Erasmi interpretatione notanda videantur in reliqua 15.

Capita eiusdem libri.

CAP. XI.

**H**OC capite prosequemur quæ superiore sunt à nobis inchoata: eaque tantum notabimus quæ Basilij sensum aut inuertunt, aut non satis aptè expriment. Neque enim in his libris mihi propositum est, vel leuissimas qualque uoculas excutere. Id enim esset immensi operis; ac Lectoribus, ni fallor, iniucundi. Cap. 16. Ita in intelligibili gubernatione impossibile est illam infirmitiam manere vitam absque spiritu. G. ἔγωγε καὶ ἐπὶ τῆς νοσησῆς Διακοσμήσεως ἀμήχανον πλὴν ἐν θεοῖς ἐκείνῳ Διαμείναι ζῶντι ἀνευ τοῦ πνεύματος .i. Sic etiam in eo ordine, qui animo tantum ac ratione intelligitur (hoc est in Angelis) impossibile est piam illam ac sanctam vitam permanere citra Spiritum sanctum. νοήσας Διακοσμήσας; idem quod θράνητας Δυνάμεις .i. Angeli. Videturque Basilius hoc uocabulum mutuatus à Dionysio Areop. in cælest. Hierarch. Infra, attamen aliquo pacto uideretur adesse semel consignatis. G. ἐσθραγομένοις .i. baptisatis. Idem hoc loco uox hæc significat. Cap. 17. uerbo tantum intelligibilem λόγῳ .i. ratione. Non multo post, prolixius quam ut huic conueniat festinationi, G. μακρότερον ἢ καὶ πλὴν παρεῖσαν ὁρμῶν .i. longius quam pro presenti instituto. Cap. 18. Alij uerò, qui cæteris in rebus nihil immutant, &c. Multa hoc loco peccat interpres, quæ, ne prolixus sum, non enumero. Græca autem sic habent: οἱ γὰρ ἐδεδόξεν τῶν ἄλλων ἐκ τῆς ἀριθμῆς παραθήκης ἀλλοιοῦμεθα, ἔγωγε ἐπὶ τῆς θεῆας φύσεως ἐλαβοῦνται τὸν ἀριθμὸν, μὴ δὲ αὐτῶν τῆς ὀφειλομένης τῶν ὀρθῶν κλητῶν πρὸς τὸν ἑαυτῶν μέτρον, &c. id est: qui quidem, cum nulla omnino res alia ob numeri accessionem immutetur, tamen in diuina natura numerum metuunt, ne scilicet per eum honoris Paracletio debiti modum excedant. At, o sapientissimi, maxime quidem supra numerum sint ea quæ intellectu comprehendendi nequeunt: quemadmodum prisca Hebræorum pietas, peculiaribus quibusdam notis ineffabile Dei nomen exprimebat, ita nimirum eius supra res omnes eminentiam indicans. Quod si etiam numerum adhibere opus est, at certè nequaquam per eum uersurè deprauidanda est ueritas. Aliquanto post, quantum par est, solitarium à rebus compositis ac multitudinem habentibus abesse. G. ὅσον εἰκὸς τὸν μοναδικὸν τῆς συστηματικῶν .i. quantum probabile est singularem numerum à compositis distare. Et proximè, sed os Dei maiestas. G. καὶ τὸ σῶμα θεοπαρεπὸς .i. & os, ut diuinitati consentaneum est, intelligi debet. Mox, natura generabilis. G. γεννητὴ .i. generata. Ibidem, in sua magnitudine incomprehensibilem. G. ἐν τῷ μεγέθει αὐτῆς ἀσπαραλίπτον .i. in sua magnitudine reuelans. Erasmus ita uertit, quasi esset ἀκατάληπτον: sed malè. Cap. 19. quòdque in beatitudine nihil desiderant uirtutes. G. τὸ ἐν μακαρίότητι ἀσπαραές .i. beatitudinis perpetuitas. De Angelis loquitur. Paulo post, à terrena mortali que uita. G. ἐμπαθῆς, turbulentis affectibus obnoxia. Mox, Num hæc sunt humilis aut aspernandi uerba? G. κατὰ πηχῶτος, trepidi ac metu consternati. Non longè hinc, Quin & interpellat, inquit, pro nobis. Itaque, quantum supplex est infra beneficij authorem, tantum spiritus iuxta dignitatem excidit à Deo. G. ἀλλὰ καὶ ὀντυγχάνει, φησὶν, ἑαυτῶν ἡμῶν, ὡς ὅσον οἰκέτης τῆς εὐεργετίας λείπεται, ποσούτων τὸ πνεῦμα καὶ τῆς ἀξίας ἀσπαραλίπτον τῆς θεῆς .i. At, inquit, etiam pro nobis interpellat. Ac proinde quantum is qui supplex est, beneficij authore inferior est, tantum quoque Spiritus ratione dignitatis à Deo excidit. Et paulo post, Ideò pia ac diuina gloria illum mulctabis. G. τῆς ἐνεχῆς πλὴν ὡς ἐστὶν καὶ θεῆας δόξαν ὡς ἐστὶν τῆς ζήμιωθῆς .i. idèò pia ac religiosa de eo fide senten-

tiâque multaberis. Cap. 20. excutiunt seruitutem. G. ἀφωιάζετε, imperium detrectant. Neque enim Dei seruitutem quicquam excutere potest. Cap. 21. Euanescent lucernæ Solis aduentu. G. ἀρηδοσιν .i. superuacuae sunt. Cap. 22. collaudatis discipulis, quod mundæ essent vitæ. G. μαρτυρήσας τοῖς μαθηταῖς .i. cum hoc discipulis testimoniū dedisset, &c. Cap. 24. plebeius homo. G. ὁ κοινός, quilibet homo. Mox, in donis ad obedientiam conferentibus. G. ἐν ταῖς εἰς τὸ ὑπήκοον χάρισιν .i. in beneficiis erga subiectos. Paulo post, in Dei laudibus. G. ἐν ταῖς ὑπὲρ χριστοῦ δόξολογίαις .i. in defensionibus pro Christo. Ibidem, Esse qui hæc omnia neglexerint, & ignorata communionem, quæ est in omnibus Patri & Filio, distrahant Spiritum, nescio an quispiam sancti Spiritus particeps conficturus sit. G. ταῦτα πάντα παρεδόντας, καὶ τὸ ἐν πασι κοινότητος ὁμιλιαθῆναι, ἀπὸ πατρὸς ἔστι δὲ ἀσπάζει, οὐκ οἶδ' εἰς μέτρον πνεύματος ἀγίου σωθήσεται .i. His omnibus neglectis, communionemque ea, quam in omnibus rebus habet, obliuione transmissâ, à Patre & Filio eum distrahente, haud scio an quisquam Spiritus particeps vnquam assensurus sit. In fin. vertunt in insultum blasphemiae. G. ἐφοδῖον .i. πρόσφατον, occasionem. Cap. 25. ne nobis facessant negotiū. G. μηδὲ ἡμεῖς ἐξήρῃταισαν .i. ne nos quidem ab ea excludant .i. nobis quoque idem jus permittant. Proximè, non est amplius ad contraria accommodabilis. G. ἐπεὶ ἔστιν ὁμοίως τοῖς ἐναντίοις ἐπιχειρήσας .i. non iam æquè aduersariorum aggressionibus patet. Non multò post, vt in Scriptura reptas inducere. G. τὰς ἰδίαις ἐλέγξαι, comprobare. Ibid. tametsi primo statim evidens sit vtendi libertas. G. ἐν ἀρχῇ ἔχει τὸ χριστιανῶν .i. euidentem utilitatem habet. Hæc longè hinc, indenunciatum bellum. G. ἀκέραιον, implacabile. Non ita longè hinc, Mordicus hanc vocem in velut humilem addunt spiritui. G. καὶ ἐκδημιώταται τῆς φωνῆς ταύτης ὡς ταπεινῆς τὸ πνεύματος περιέχεται. Quo loco si sententiae vllus respectus est, delendum τὸ πνεύματος. acerrimè ac velut confertis manibus hanc vocem vt humilem retinent. In fin. si non eam proditricem pronunciarint. G. ὡς προσδοκῶν ἀποκηρύξασιν, vt proditricem abdicent. Cap. 26. & vnà simul cum ipso igni esse. Lege, at vnà. Paulo inferius, At sanè illud nequaquam, leuis momenti est. G. τὰτα οὐκ ἀβαρῆς .i. hoc non caret inuidia, φορητὸν ἔστι. Cap. 27. Imprudentes & ea damnabimus, quæ in Euangelio necessaria ad salutem habentur. G. λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ κριμα ζημιώτες τὸ εὐαγγέλιον .i. Imprudentes grauissimum Euangelio detrimentum inferemus. Loquitur de traditionibus, quæ sine certissimo Euangelij detrimento conuelli abiciique nequeunt. Proximè, Inuocationis verba, cum ostenditur panis Eucharistiae, &c. τὰ τῆς ὁμιλιατικῆς ῥήματα. Intelligit verba hæc, quibus in sacra Liturgia Græci precibus à Deo postulant, vt Spiritus sanctus super proposita dona veniat, eaque benedicat & sanctificet, atque in Christi corpus & sanguinem vertat. De quo vide Liturgiam Basilij & Chrysostomi. Mox, consecramus aquam baptismatis. G. εὐλογοῦμεν, benedicimus. Rursus infra, Iam ter immergi hominem vnde est traditum? G. πόθεν; .i. vnde ex Scriptura haustum? Vt enim vertit Erasmus, seipsum oppugnaret Basilius. Aliquanto post, mentem ad contemplationem dogmatum inabilem exercens. G. διαφωρῶντων κετασιενάζοντων τὸν νοῦν τῶν δογμάτων .i. intellectu difficilem reddens dogmatum sententiam. vel, dogmata ita comparans, vt eorum sensus non facile percipi possit. Infra adhuc, neque mediocrem perfectionem ad mysterij vim afferentem. G. συντέλειαν .i. adiumentum. Non longè à fine, renicere aut aliter scribere. G. ἀγέτηται (sic enim scribendum, non ἀπατήται, vt edictum est)

ἢ ἀγέται

ἢ ἀφ' ἑαυτῶν inducere, obliterare. Cap. 28. Videamus si quam excusationem. G. *ἡ ἀπολογία* .i. defensionem. Excusantur enim errata. Grauius autem est id quod sequitur, Istos verò ne id quidē Spiritui, qui in eos venit, tribuet. G. τῷ δὲ πνεύματι τῶν μὴδὲ τοῖς ἀνθρώποις ἐξίσου μετὰ χειρὸς εἶναι (sic enim scribi debet, non οἶον, vt excusum circumfertur) τίγα εἰς αὐτὸς ἦσαν μεταδιδόναι. i. Hos verò Spiritui, quantum quidem in ipsis est, nec hoc tribuere, vt æquè saltem atque homines cum Christo sit. Infra, Nam simul affligimur. Lege, Nam si simul affligimur, simul quoque glorificabimur. Ibid. vt pari saltem tecum honore digneris. G. ὡς ἐδὲ σοὶ τῶν ἴσων τυγχάνειν ἀξίω. i. tanquam nec pari quidem tecum honore afficiendum ducens. Mox, non vt ostendam tantundem. Adde, duntaxat. Hoc enim hic significat *τασοῦτον*. Alioqui impius esset sensus. Quæ sequuntur, valde vitiosa, & à Basilij mente aliena sunt: Quid autem orabunt isti, qui cum nesciant an aliquid magnificum vel loqui prouocentur à Spiritu, tamen tanquam possint assequi dignitatis modum, quod in dictis nimium est, castigant, quos oportebat suam deplorare infirmitatem, quoniam pro his, quæ facta accepimus, ne verbis quidem gratias agere sumus idonei. G. οἱ δὲ τί παρεσώζονται μὴ εἰδότες, εἴαι τι καὶ φησὶν ἅλ' σμνὸν ὑπὸ τῷ πνεύματι παρεσώσειν, ὡς ἐφ' ἑκαστοῦ τῆς ἀξίας, καλᾶς οὖν τῷ λόγῳ τὸ ὑπερπίστον ἢ συμμετρίαν, &c. i. Isti autem, quid orare debeant nescientes, si quid etiam magnificè loqui à Spiritu impellantur, perinde atque dignitatem ipsius assequantur, quod in dictis modum excedit, reprimunt. Quos quidem potius imbecillitatem suam deplorare conueniebat, &c. Cap. 29. ex nobis primùm cepit imperus. G. ἄρμυται, initium sumpsit. Et infra, At de cæteris fortassis dubitari possit, aut credi possint per intolerabilem audaciam à scribis immutata. G. ἢ καὶ μεταπραφῆνα δυσφύρατον ἔχων πλὴν χειρογραφίας .i. aut etiam immutata, eam rationem habere, vt fraus ægrè deprehēdi possit. Erasmus ita vertit, quasi *δυσφύρατον* haberetur in Græco. Sed planè incommodè. Non multo pòst, quem tanquam aggressorium (sic enim legitur librariorum errore) discipulis suis reliquit, festinans iam ad perfectionem, quæ fit per ignem. G. ὃν ὡσπερ ἄλλο τι ἐξίτητοι τοῖς σωθῆσιν αὐτῷ καταλέλοιπεν, ὅμως ἤδη πρὸς πλὴν ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τελείωσιν. i. quem velut aliud quoddam legatum familiaribus suis reliquit, cum iam ad ignem (nam hoc martyrij genere perfunctus est) proficisceretur. πλὴν ἐξίτηται, dona sunt, quæ quispiam in discessu in amicos suos confert. Non longo interuallo, Nōne per hanc vocem orat? G. ἐχ' ταῦτιν πλὴν φωνῆν προσεβύη; i. nōne hanc vocem tueretur, ac summo honore prosequitur? Cap. vlt. rapidamque Aquilonem. G. λαβρὸν ὕδωρ .i. vehementem imbrem. Proximè, alios quidem veluti sui proditores ad ipsam desperationem vltro transfugere. G. τῶν μὲν καταπεσδιδόντας, καὶ παρ' αὐτῶν πλὴν ἀγωνίας αὐτοματοῦντας .i. alios quidem castra sua prodentes, atque flagrante prælio transfugientes. Mox, ad extremū prouecta inuidia. G. ὁ πρὸς τὸ ὑπερῆχον φθόνος .i. inuidia aduersus præstantiores. Non longè hinc, incredibilium malorum, dum ob omnem vitæ spem ereptam profus non timent peccare. G. ἢ τῶν κακῶν ὑπερβολῆς ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὸ ζῆλον ἀπογίγασιν πᾶσαι αὐτοῖς τὸ ἀμαρτανεῖν ἀδειαν ἐμπροσθεν .i. Incredibili quadam malorum magnitudine ob vitæ desperationem, omnem eis peccandi licentiam afferente. Ibid. primam assequendi laudem, &c. Apertius, de primatus contentione nihil remittant. Norandum autem id quod non longo pòst interuallo ait Basilius, ad firmandam inter sceleratos homines seditionis societatem, nullam coniurationem parem vim habere, atque erroris similitu-

dinem. Id quod calamitosissima tempestate magno suo malo expeditur nostra Gallia: Quid enim hac Hydra hæretica tetrius, quæ toties secta atque truncata semper coalescit? Sed his omissis duo hæc loca quæ restant, absoluamus. Nam si vera locutus est Ecclesiasticus, Legè, Ecclesiastes. Paulò post, alij verò dominantur. G. ἑπιπροτῆσι, plausus excitant. Videtur Erasmus legisse, ἑπιπρατῆσι, sed malè.

MAXIMI sententiæ nonnullis locis à mendis repurgatæ.

## CAP. XII.

MAXIMI sententiæ non tam legens quàm peragrans, eas pluribus maculis asperfas reperi, quarum nonnullas hoc capite tollam. Cap. 4. ex Gregorio, sic emenda Græca: ὃ δὲ πλείων ὁ κίνδυνος, &c. i. vbi autem maius est periculum, vtrò sese in illud conicere. Cap. 5. in Gregorio, vitio vacat hæc scriptura, quam Gesnerus mendosam putat. Existimat enim pro τευχίαν legendū τεραχίαια: sed malè. Sic enim hic locus legitur in Orat. funeb. de laudib. Patr. θεὸς μὲν ὁρῆς τευχίαν πνῆα καὶ πικρῶτον καὶ ἀκρότον, τὸ λείμμα (sic enim legendum) τῆς καὶ τῆς ἀξίαν κινήσεως. Quæ verba incommodè omninò reddit Ribittus. Sic enim verti debent: Ac Dei quidem faciem quandam & credimus & audimus, hoc est, reliquias indignationis ipsius aduersus eos, qui digni sunt. Alludit enim eo loco Gregorius ad illud Psalmi 74. Veruntamen fax non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Cap. 12. In Theologo, vt versus expleatur, post νότος locanda particula γε, non κρείσσων, vt putat Gesnerus. Est enim versiculus ex Tetrastichis. Cap. 14. in Chrysoft. non quia velit nos præterite. G. παρελκῶσαι, protrahere. Cap. 15. ex Theologo, sine verbo inaniter sonante. In Græco nec κενός, nec χαλός, sed χαλός legendum. Versus est ex Tetrastichis. Cap. 24. in Theologo; Metuamus tantùm: quid est metu Domini amplius? ἐν φρεσὶν μόνον, τὸ φοβηθῆναι θεὸν πλείων. i. Vnum hoc timeamus, ne quid amplius quàm Deum timeamus. Cap. 27. in Basilio, ex crasso alimento & vino, fuliginosæ exhalationes, &c. Fœdum hic mendum irrepsit, quod tollere quidem conatur Gesnerus, sed parum feliciter. Sic enim habent Græca, ἐκ γὰρ τῆς παχείας τροφῆς οἶνον ἀγαλάδεις ἀναθυμιάσεις. Restituitur autem hic locus, si pro οἶνον legamus οἶον. i. ex crasso enim alimento velut fuliginosæ exhalationes, &c. Sicque legitur apud Basilium. Cap. 40. In Chrysoft. corruptè legitur τὸ ἐν μετέπλωτον, pro τὸ ἐν μετέπλωτον. Cap. 50. in Theologo, Indigus atque mali infatiabilis vlcera celans. Hic mendum Græci versus secutus interpret eodem errore labitur. Sic enim est in Græco versu,

Χρῆζαν παῖδες ἰσχυροί, ἰὸν καὶ κεύθης.

Cuius versiculi vitium Medicus Gesnerus animaduertit quidem, sed in eo depellendo heret. Ego verò ex ipsomet Gregorio sic corrigo, vt pro ἀκρότερος, ἀκρότερος substituatim. Atque ad hunc modum verto,

Cùm medicum poscant tua vulnera, si tegis illa.

Cap. 53. in Theologo, quid magnum aut quid paruum ex rebus pretiosis postulas. Hoc loco fœdissima macula Græcum codicem occupauit. Sic enim legitur, τί σοι μέγα, ἢ τί μικρὸν τῶν πμίων; κράτει σοι. Ζήτει μόνον παροθύμως πλάμωτον καὶ δώσιμω. Sic autem hæc emendari debent:

τί σοι μέγα, ἢ τί μικρὸν

τῶν πμίων βρότοις;

Ζήτει μόνον πλάμωτον,

καὶ δώσιμω παροθύμως.

Cap. 65.

Cap. 63. in Climacho, *ὡς ἂν λαλῆν*. Locum hunc appicta cruce corruptum esse indicat Gesnerus. Miror autem, quin prima fronte deprehenderit pro *λαλῆν* scribendum *λαλῆν*, cum nullum aliud vocabulum sensus admittat.

*Quid multi graues Theologi, ac præsertim Clemens Alexandrinus, de externis disciplinis senserint: & de Gnosimachis.*

CAP. XIII.

**E**T si disciplinas externas, liberales dici debere negat Augustinus, eosque qui cum iniqui & impij sint, liberaliter tamen sibi eruditi videntur, ad illud Scripturæ reuocat, Si Filius vos liberauerit, verè liberi eritis: at idem tamen non negat, quin eæ ad res diuinas pro dignitate tractandas & explicandas, Euangelique veritatem asserendam magno adiuuamento esse possint, modò quis in illis non consenescat, nec tanquam ad Sireneos scopulos adhærescat. Quæ etiam in sententia fuisse magna autoritate Theologos, Basilium, Nazianzenum & Hieronymum, notius est quàm vt commemorandum sit. Quin ab Eusebio quoque Casariensi memoriæ proditum est, Origenem solitum fuisse homines ad liberalium artium studium inducere, quòd hinc ipsis ad litterarum sacrarum speculationem non parum emolumenti rediturum esse assereret. In quo sanè cum præceptoris sui Clementis Alexandrini vestigiis instituisse constat, qui cum omni doctrinæ genere instructissimus esset, lib. i. Stromat. eorum opinionem grauitè & eruditè refutat, qui humanarum artium studiis nihil temporis impendendum censent. His enim animos ad ea, quæ intellectu solo percipiuntur, excitari atque exerceri, his ad Christianam pietatem præparari, denique, vt Legem Iudeis, sic has quoque Gentilibus ad Christum pedagogi vice fuisse asserit. Atque illud Scripturæ explicans, Ne frequens sis cum extranea, Vti quidem, inquit, mundana eruditione, non autem in ea immorari, ac pedem penitus figere admonet. Neque enim committendum esse, vt ancillarum illecebris delinuti, Heram Philosophiam asperrnentur. Vbi etiam præclare per Agar ancillam, secularem doctrinam significari posse ait, cum qua Abrahamum prius congregari debere docet, ac deinde cum Sarra. Atque aliquanto inferius de eadem re tractans, his verbis vtitur: Est quidem Saluatoris doctrina per se perfecta, nec rei cuiusquam indiget, vt quæ Dei virtus ac sapientia sit. Accedens autem prophana Philosophia, non quidem fortio rem veritatem efficit, sed hoc præstat, vt sophisticus conatus nihil aduersus eam possit. Ac fidei quidem veritas, vt panis, ad vitam tuendam necessaria est: hæc autem obsonio ac bellatis similis est. Porro, teste Pindaro, *δέπνυς λίχροντος γλυκὺν τεράλιον* .i. sub finem cœnæ dulcis est placenta. Hæc, & in eandem sententiam alia multa vir ille doctissimus. At contra Ioannes Damascenus quosdam fuisse commemorat ita non modò prophana, sed etiam diuinæ litteraturæ infestos hostes, vt omnem prorsus eruditionem vanam ac superuacaneam esse dicerent, eosque inanè operam sumere, qui in sacris libris scientiæ quicquam exquirerēt. Neque enim Deum à nobis præter pias ac probas actiones aliquid ultra postulare. Quam quidem opinionem vt non solum absurdam ac belluinam, verum etiam impiam & perniciosam merito inter hereses ascribit, eosque, qui eam tuebantur, Gnosimachos, quòd scientiæ bellum indixissent, nuncupat. Ac mihi certè, vt olim Athenæ & Sparta, duo Græciæ oculi dicebantur, sic vitam religioni Christianæ consentaneam, & doctrinam piam, duos Christianæ perfectionis oculos commodè dici posse videtur: vt non abs re à Gregorio Nazianzeno scriptum sit, eos qui aut vita tantum, aut eruditione dun-

Epist. 137.

Lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 40.

Basil. Orat. ad nepot. Naz. in Basil. Hieron. epist. ad Magnum. Libr. 6. c. 18.

Damasc. lib. de hæresibus.

In Orat. Funeb. Basil.

taxat excellent, nihil à lucis differre: qui autem parem in vtraque laudem consecuti essent, eos verè ambidextros ac perfectos esse.

*Illustratus Chrysostomi locus in Hom. 9. in 2. Epist. ad Corinth.*

CAP. XIII.

**E**RANT Chrysostomi ætate nonnulli, quemadmodum & hac nostra tempestate non pauci, voluptatum illecebris ita deliniti atque corrupti, ut quæ de futuræ vitæ præmiis ac suppliciis Scriptura tradit, vel pro fabulis haberēt, vel certè parum admodum curarent. Eorum enim hæc verba erant: Da mihi hodiernum diem, & crastinum cape. hoc est, Sine me præsentis vitæ oblectamentis frui: tu verò futura bona tibi habe. Atque etiã, in re scilicet maximè seria iocâtes, his verbis à circo petitis utebatur: Si talia illic erunt, qualia ipsi dicitis, *ἐν αὐτῷ ἐνός γέγονεν, ἀν δὲ μὴδὲν ὅλας ἦ, δύο αὐτῷ ἑδνός .i. vnū pro vno extitit: sin autē nihil omninò sit, duo pro nullo. Quòd quidē perinde erat, ac si ad hunc modum loquerentur: Si vera sunt quæ de iustorum præmiis, & iniquorum suppliciis commemorantur, æqua conditione erimus. Nos enim præsentia habebimus, vos futura. Sin falsa & commentitia, nos quidem duplici nomine beati erimus, ut qui & in hac vita in omni voluptatum genere versati fuerimus, & in altero æquo nullas pœnas subituri simus: vos contrà duplici nomine miseri, ut qui & in hac vita magnos labores susceperitis, & in futura vita nihilo quàm nos meliøre conditione futuri sitis. At impiam hanc & Epicuream opinionem grauiſſimis verbis infectatur vir sanctissimus, ostenditque impiis non modò duo pro vno minimè fore (hoc enim à Dei iustitia abhorre docet), sed ne vnum quidem pro vno. Impiis enim ne in hac quidem vita bene esse posse, cum impuræ ac sceleratæ conscientiæ perpetuus comès sit metus, animique angor. Exciderat porrò ei, qui ante me hunc Commentarium Latinum fecit, vna linea, quæ totum hunc locum prorsus obscurabat. Nam post hæc verba, *ὁρᾶς ὅτι ἐν αὐτῷ ἐνός τῆος, καὶ ἔτι δύο αὐτῷ ἐνός: ἐγὼ δὲ σοὶ κασιγῶν δειξάω, ὅτι ἔδδ' ἐν αὐτῷ ἐνός, ἀλλὰ δύο αὐτῷ ἐνός (vbi tamen legendum fortassè αὐτῷ ἑδνός) ἔσται τοῖς δικαίοις .i. Vidēsne quòd adhuc vnum pro vno sit, & nō duo pro vno? At ego infra hoc tibi ostendam, quòd ne vnum quidem pro vno sit, verum contrà iustis duo pro vno (vel, pro nihilo, potiùs) erunt. Hoc est, ut dilucidius id explicem, iam tibi, quisquis es qui circensè hoc dicto abuteris, illud præcidi, nulla piis post hanc vitam præmia, nullas impiis pœnas à Deo constitutas. Itaque iacet iam illud tuum, Duo pro vno. Ostendi enim id cum Dei iustitia ex diametro pugnare, ut quispiam & hinc vitiorum lenociniis ac voluptatum illecebris totum se tradat, & caelestibus ac sempiternis bonis quandoque oblectetur. Id quòd tu stulte tibi pollicebais, tremendum illud Christi tribunal in dubium reuocans. Nunc verò porrò progrediar, atque illud planum faciam, tibi tuique similibus, ne vnum quidem pro vno fore, hoc est flagitiosos & cōsceleratos homines non modò in altera vita miserrimo ac terribissimo statu fore, sed ne hinc quidem suauem ac iucundam vitam habere: cum contrà ij, qui fidem ac iustitiam colunt, duo pro vno (ego tamen, ut dixi, αὐτῷ ἑδνός lege malim .i. pro nullo) habeant, hoc est, non modò sempiterna in cælo præmia consecuturi sint, sed hic quoque summa cum iucunditate ac tranquillitate viuant.**

*Laſinius*

*Passivitas vitæ quid significet apud Tertull. & unde hæc vox fluxerit.* CAP. XV.

**T**ERTULLIANVS lib. contr. Valentin. ait Valentinianos de Passivitate vitæ generositatem suam vindicare. Eodémque libro, passiuos discipulos eos vocat. Quo quidem loco, vt Beato Rhenano facillè assentior, qui passivitatem vitæ pro turpi vita ac voluptatibus dedita accipit, idque D. Hieronymi autoritate probat, qui exponens illud Osee, Super capita montium sacrificabant, passivam religionem veræ religionis austeritati opponit: ita certè minime hoc illi assentiri possum, quòd has voces ab adverbio, passim originem trahere vult, quemadmodum & adverbium, passim, à Græco πάντη. Passivitas enim, & passiuus, voces sunt à Græco expressæ. Quod enim Græci ἐμπαῖτης dicunt, hoc Tertulliano passivitas est. Quod rursus Græcis est ἐμπαῖτης id Tertulliano & Hieronymo passivus est, hoc est, lascivus atque obscænis voluptatibus addictus.

*Notata quadam in Collectaneis Nicephori, quæ ad calcem Historiæ Ecclesiasticæ Theodoriti adiecta sunt.* CAP. XVI.

**C**VM nuper Theodori Lectoris Græca quædam Collectanea à Roberto Stephano ad Ecclesiasticæ historiæ Theodoriti calcem adiecta in manus sumpsissem, quædam se obtulerunt, quæ tametsi leuiuscula fortassè quibusdam videri possint, tamen quando rudibus, hoc est, mei similibus ista cudentur, huic quoque chartæ à me illinentur. Ac primùm fol. 350. r. mendum illud, quod appictus asteriscus indicat, facillè tolletur, si pro γέλω, γέλων legamus. Sequenti pag. Archiepiscopi Leonis lege institutum fuisse ait Author, vt clerici apud præfectum prætorio duntaxat responderent. Ac præterea istud ei in more positum fuisse, vt neminem in sacrum ordinem accenseret, qui Psalterium nesciret. Fol. 353. pag. 1. Diaconi cuiusdam orthodoxi mentio fit, qui cum à Theudericho Aphro malè de religione sentiente plurimùm, se amari cernebat, quò eum vehementiùs adhuc, in sui amorem pertraheret, ab Orthodoxa fide ad Arrianam hæresim descivuit. Quod cum intellexisset Theuderichus, eum, quem tantopere amabat, capitis supplicio quamprimùm affici iussit, dicens, Si Deo fidem non servasti, quonam pacto conscientiam sanam homini servaturus es? Pag. 2. Denterij Arriani Episcopi meminit, qui Barbam quandam (βάρβαρον corruptè legitur pro Βάρβαρον) lustrica vnda tingens, hanc verborum formam adhibuit: Baptizatur Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto. Quo dicto statim baptisterij aqua evanuit. Fol. 354. pag. 1. Timotheum Archiepiscopum hoc in mores induxisse refert, vt Nicenum Symbolum in omnibus sacris conuentibus recitaretur, cum antè non nisi semel singulis annis, hoc est, eo die, quo Christus in crucem actus est, cani solitum fuisset. Paulo post, vbi de eodem Timotheo, eiusque in fide levitate agitur, in his verbis, χαλεπῶς αὐτὸν ἵπομασεν, maculam insidere non dubito, ac pro ἵπομασεν, ἵπιμασεν legendum esse, quemadmodum & proximè post mendum irreptit in his verbis, ἐν τῷ τῷ τόπῳ χεῖματα πολλὰ κείσται μαθὼν Κωάδης ὁ βασιλεὺς, ταῦτα μαθεῖν ἐβασίλευσεν. Etenim pro his duobus postremis vocabulis respondendum esse censeo λαβῆν ἐκέλευσεν, aut quid simile, sensu nimirum id apertissimè postulante. Sic eadem pag. in his verbis, πῶς οὐκ ὀφύλαρχος ἐφησεν, εἰ μὴ δύο ὁ χεῖρὸς, θεὸς γυμνὸν σταυρὸν ἐδέξατο; quis non statim animadverterat pro γυμνὸν, γυμνὸς legi debere? Idem enim est hoc loco θεὸς γυμνὸς, quod μόνη θεότης, quæ quidem ea natura est, vt nullum cruciatum admittere queat.

contrà quàm Seueriani Theopaschite contendebant. Postremo eiusdem pag. vers. ante τὸ δὲ κτλ; collocanda est præpositio εἰς. Pag. 2. vers. 7. pro εἰσπῶς, ὁάσπῶς restituo. Oasis enim remotissima quædam atque inamœnissima solitudo erat, in quam Imperatores plerunque eos relegabant, qui ab ipsis in fide dissentiebant. Vers. 14. μεταπεμφάμενοι τῷ ξένῳ τῷ παράσματός. Mihi ad sensum accommodatius videtur, vt μεταμεμφάμενοι legamus .i. δυσχερῶντες, χαλεπῶς φέροντες. Sic vers. 29. παρτελειότης malim, quàm, vt habet editio, παρτελειότης: vt respondeat huic verbo παροδᾶναι, quod proximè antecedit. Fol. 353. pag. 1. hunc morem in Ecclesia Romana obtinuisse tradit Theodorus, vt nulla immobilia bona possideret. Quòd si etiam aliqua huiusmodi obuenerent, protinus venderentur, pretiùmque in tres partes diuideretur, quarum vna Ecclesiæ, altera Episcopo, tertia Clero tribueretur. Atque hunc morem in reliquis quoque rebus obseruari. Sed & hîc quoque non leue erratum inuasit. Etenim pro ἀγῶς παράσειδαι, facillè apparet legendum esse εὐθῶς παράσειδαι.

Vindicantur quedam in MAXIMI de Charitate Centuriis à censuris  
Gefneri & Obsopæi interpretis. CAP. XVII.

IN Maximi eruditissimi viri Centuriis de Charitate, quædam mihi animaduertisse videor. In quibus emendandis, meo quidem iudicio, inanam, vel certè parum felicem operam suscepit Gefnerus, Interpretis Obsopæi coniecturas, vt opinor, secutus. Ea porro, ne alioqui Lectori fraus fiat, hîc annoranda duxi. Cent. 3. art. 15. pro ὑπὸ πῶς ἢ πῶς αὐτῶν λύπης τὴν πικρίαν ἐπιπέτεις; legendum putat ὑπὸ ἔδονός, & pro ἐπιπέτεις, ἐπέδειξεν. Ego nihil planè in verbis immutandum cenfeo, verùm sic duntaxat legendum, ὑπὸ πῶς, vt hæc per interrogationem efferantur, hoc sensu: quidnam causæ est, cur offensus aduersus eum animi acerbitatem paris? Artic. 29. causam nullam video, cur hæc verba τῷ κρείως submoueantur. Vult enim author id quod non est, priuationem esse non quidem eius quod propriè est (id est, Dei) sed eius quod per participationem propriè existentis (hoc est Dei) est. Art. 60. putat idem Gefnerus in his verbis, πάντων τῶν παρηρημένων ἡπαιμένων ἐπ' αὐτὸν αὐτὸν ἀπολύειν, pro hoc postremo vocabulo collocandum esse ἀπελάουσιν. Sed huic emendationi nullus hîc mihi locus esse videtur, cùm recepta littera commodum sensum nobis exprimat. Vult enim Maximus vitia superata inanis gloriæ affectum antè compressum, ac velut vinculis quibusdam coercitum aduersus animam soluere. Neque enim huiusmodi vitium nisi reliquis domitis ac profligatis, existere plerunque solere. At multo crassius illud est, quod Art. 68. pro ἀδολεία, emendat ἐπέδειχία, ignorans videlicet ἀδολείας vocem apud Davidè, ac plerisque aliis Scripture locis vsurpari pro pia ac iucunda quadam meditatione. Art. 95. in illis verbis, ἐκλάθη τόδε, ἀπέλωτο τόδε, Interpretis Obsopæus corrigit ἐκλάθη. vertit enim, fractum est. Ego tamen haud paulò lubentiùs legerim ἐκλάπη, surreptum est. Cent. 4. Art. 60. perperam quoque Gefnerus in his verbis, ἔδὲ λογίζεται ἑαυτὸν ἡδὴ κατεληφέναι, pro ἑαυτὸν σοιοπὸν legendum esse coniicit, cùm Paulus ipse hanc emendationem apertè respuat, Philipp. 3. ad quem hoc loco Maximus alludit.

Collecta nonnulla ex Epiphanio Hæref. 30. quæ est Ebionitarum.

CAP. XVIII.

MEMINIT Epiphanius in hæref. 30. Pellæ vrbes cuiusdam Decapoleos, in quam hæref. 29. Christianos imminente Hierosolymitana obsidione diuinitus admonitos commigrasse, sicque impendenti exitio subductos fuisse scribit.

scribit. Refert etiam, quemadmodum Iosephus quidam Iudæus admirabili quadam ac singulari Dei gratia cum aliorum exemplis, tum variis morbis admonitionibusque diuinis, quibus diutissime restiterat, tandem aliquando superatus, Christianam fidem amplexus sit. Estque hæc historia lectu dignissima. In ea enim elucet insigne diuinæ benignitatis & misericordiæ argumentum. Ibi quoque etiam Apostolorum fit mentio, quos sub se Patriarcha Hierosolymitanus habebat. Horum porro munus erat, huc illucque se conferre, ut Patriarchæ nomine decimas & primitias legerent, atque etiam in sacerdotum vitam ac mores inquirerent, quosque improbos atque ignauos inuenissent, eos gradu mouerent. Sed & illud ad eorum, qui in media hæreticorum turba non sine acerbissimo dolore interdum degunt, consolationem valet, quod hic quoque scribit Epiphanius, in tota vrbe Scythopolitana vnum duntaxat Iosephum Orthodoxum fuisse, cum cæteri omnes Arrii errorem amplecterentur. Porro ut hic etiam aliquid adnectam, quod ad piorum animos, aduersus eas hereses, quæ hac tempestate grassantur, muniendos corroborandosque pertineat, valde ponderanda sunt hæc Patriarchæ verba, quibus ad Christianum Antistitem, cum cum eximio munere affecisset, usus est, Offer pro me. Hoc enim loco *προσφέρειν* idem planè est quod *λατρεύειν*, vel *ιεραρεύειν*, hoc est, sacris operari, vel, Missam celebrare. Idque ex ea causa perspicue colligi potest, quam mox subiungit, Scriptum est enim, quæ per sacerdotes Dei in terra ligata vel soluta fuerint, ea quoque ligata vel soluta in celo fore. Eodem modo, quoniam eo nomine apud Hæreticos traducimur, quod certis diebus à carnibus ex Ecclesiæ instituto abstinemus: tanquam videlicet hac in re Hæreticos quosdam veteres imitemur, qui omnium carnum usum suis interdictum volebant, vide quæso quàm diuersa ab Ebionitis causa nostra sit. Nos enim id eo facimus, ut Spiritui aduersus carnem roboris aliquid afferamus: illi *ἀπὸ τοῦ ἐκ σαρκὸς καὶ αἵματος ἐννοεῖν* .i. quod ex coitu & corporum coniunctione ortum ducant. Sed hæc *ἐπισημασθέντες* loco haberi velim, atque *ἐν παρέργου μοίρας*. Neque enim mihi in hoc opere de materiis hoc tempore controuersis nisi strictim aliquando, ac velut per transfennam agere propositum est. Itaque hoc caput claudam, si prius hoc quoque adiecero, Epiphanio de nomine haudquamquam cum Eusebio conuenire, cum scribit Ioannem Evangelistam balneum ingredi parantem, simulatque Ebionem intus esse intellexit, statim pedem retulisse, illud scilicet metuentem, ne balneum, in quo hostis veritatis erat, repente concidens vnà eum opprimeret. Eusebius enim, quem potius hoc loco sequendum puto, Cherintho hoc tribuit, non Ebioni.

Lib. 3. cap.  
22.

*Emendantur quedam in eadem Hæresi.* CAP. XVIII.

CVM ex tricesima hæresi ea exciperem, quæ superiore capite à me allata sunt, eadem opera aliquot etiam loca collegi, in quibus Cognarius Medicus, dum in Theologorum messem falcem iniicit, parum diligentem & eruditum interpretem præstitit. Ea porro huc idcirco proferenda putavi, ne cui erroris eum falsò infimulare videar. Ac primùm in his verbis, Ille verò accersitis ministris præcepit aquam parari, velut qui morbi gratia auxilium aliquod adhibere vellet, cum per aquas ipse Patriarcha grauitè ægrotaret, perfacile fuit animaduertere legendum esse in Græco, *βοήθημα τι προσφέρειν μέλιων δὲ ὑδάτων*, ac sic transferendum, velut qui propulsandi morbi causa opem aliquam per aquas admouere vellet grauitè ægrotanti Patriarchæ. Neque enim hoc vult Author Patriarcham per aquas ægrotasse, sed finxisse Antistitem aquis

ei ad leuandū morbo Patriarcham opus esse, quò remotis postea arbitris eum baptizare posset. Paulo post, *παρ' αὐτῶ κατηρῆναι*, minùs commòdè reddit, ab ipso perductus sum. Vertendum enim erat, apud ipsum diuersatus sum. Sic aliquanto post, Obdormiuit Patriarcha cum bono deposito. *Ἐ. μετὰ καλῆς ἐπιθέσεως*, hoc est, vt existimo, cum præclaro funere .i. præclaro funere elatus. Infra, Corrumpebant autem ipsum multi coartanei. *Ἐ. ἀποσφάροντο αὐτῶ*, .i. perniciosè cum eo versabantur. Non multò post, Quibus vbi vrinam & sanguinem adiecessent, & puluerem immiscuissent. *Ἐ. οἷς ἀποσπέναντες ἕσθαι καὶ αἷμα, μίξαντες κόπιν*. Vbi sanè excuti mihi non potest, quin legendum ut potius, *καὶ αἷμα μίξαντες κόπιν* .i. quæ cum lotio perfudissent, simulque puluerem miscuissent. Mox, Ille verò promissione facta rursus fefellit. *Ἐ. ὁ δὲ ἐπαγγελιά μιν ἀπέσφιλεν* .i. Ille verò hoc se facturum pollicitus, statim conualuit. *ἀνασφίλαι* enim idem est quod *ἐκ τῆς ἀρρώστιας ἀναφέρειν*. Dion Chryf. *ἀνασφίλαι* *ἐκ τῆς νόσου* .i. morbo recreati. Id quod mirum est hominem Medicam artem profitentè fugisse. Verf, seq. relictus verò moriturus à cognatis. *Ἐ. ἀπολιθῆναι δὲ πλεωτῶν ἕκαστος τῶν συγγενῶν* .i. νομοθετῶν, ἕκαστος πλεωτῶν. Existimantibus autem ipsius cognatis eum iam iamque moriturum. Non ita multò post, Propius se Ecclesie applicat, Græcè, *κατάγειται πλησιάζει τῆς ἐκκλησίας* .i. prope Ecclesiam hospitatur. Linea vna interiecta parum mihi placet quod *ἐμβελήσατον*, potentissimum vertit, cùm potius seuerissimum significet. Aliquanto post, Ascendit ad comitatum. Ad aulam malim, vt sit dilucidius. *τὸ κομήτατον* enim *τὴν αὐλήν καὶ τὰ βασιλεία* significat. Longo post interuallo, vbi de Sephora agitur, Circumciderunt puerum meum. *Ἐ. ἐτίμησαν*, circumcidi. Non longè à fine, Habuit itaque id per nomen Domini Iesu quòd surrexit. *Ἐ. ἔχει ἂν ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἰησοῦ μαθεῖν*, &c. .i. posset vtique is qui per nomen Iesu surrexisset intelligere, &c. Mox, ex affricu nudum hominem ipsum genitum fuisse dicens. *Ἐ. ἐκ ἀφρικῆς* .i. ἐκ συμπλοκῆς, vel, vt superius dixit, *ἐκ συνουσίας καὶ μίξεως*, vel, vt hæret. 69. *ἐκ συνουσίας καὶ ἀφρικῆς*, .i. ex concubitu, ac virili complexu.

*Erasmi in Chrysostomo lapsus aliquot notantur.*

CAP. XIX.

**N**VLLVM tam eruditum & elegantem interpretem esse, qui, si perfunctoriè in suo munere versetur, non interdum multa peccet, vel ex vno Erasmo perspicere licet, qui dum, vt fessum grauioribus studiis animum recreet, sacros Authores vertendos suscipit, multa plerunque ita reddit, vt nec laboris nec iudicij satis adhibuisse videatur. Quod quidem eo magis miror, quòd in Chrysostomo quoque, quo nemo vnquam luculentius faciliusque scripsit, hoc illi nimis quàm sæpè accidisse deprehendi: ac præsertim in octo prioribus in posteriorem ad Corinthios Epistolam Homiliis, in quibus hoc seridè affirmare queam, eum plusquam 150 errores admisisse. Quod non insectandi hominis causa dico, sed vt Lector intelligat, me minimè superuacaneam operam sumpsisse, cùm totam hanc Enarrationem de integrò vertendam suscepi. Ac ne me quisquam id eruditissimo viro affingere putet, ex tam multis locis, in quibus mihi lapsus fuisse videtur, non erit alienum exempli gratia quædam hæc proferte. Igitur Hom. 1. in his verbis, Atque vt suam auctoritatem confirmarent, simulabant se non recipere litteras illius, *λαμβάνειν* non ad litteras refertur (quod vocabulum de suo addit Erasmus) sed ad munera, à quibus accipiendis abhorreere se fingebant falsi Apostoli. Paulo post, tamen diuersum sentit. *Ἐ. τὸν αὐτῶν μὲν οὐκ ἠγείταν* .i. imò contrariū existimat. Nam vt Erasmus vertit,

vertit, Paulum simulatorem quendam nobis fingit. Sub finem, bis *καθαρεύειν* eodem modo vertit, ac si esset *καθαίρειν*, cum multum inter utrunque sit discriminis. Sed hoc leue est. Illud multò grauius, quòd Hom. sequenti Diaconi verba cum Chrysofomi expositione persape miscet, atque ita omnia confundit, vt pulcherrima illa precatio, quæ pro Catechumenis fieri solebat, vix à quoquam agnosci queat. Cui quidem incommodo facilè à nobis allata medicina est, cum Diaconi verba aliis litteris notanda curauimus. Verùm operæpretium est hîc videre, quàm fœdè hallucinetur vir alioqui perspicacissimus. Loquens enim Chrysofomus de Catechumenis, quibus fas non erat mysteriis sacris interesse, *ὡς τὸ (inquit) καὶ ἀπελαύνονται τῶν φεικτῶν ἐσχίων ἐκείνων γουμβίων .i.* Ob eam causam etiam abiguntur, quū tremendæ illæ preces fiunt. Vide autem an non ex diametro cum Authoris sententia pugnet Erasmi versio. Sic enim habet, Et ideo tremendas illas preces, quæ fieri solent, inferimus illis. Quasi videlicet in Græco *σπολαύνονται*, non *ἀπελαύνονται* legisset. Quamquam etiam *σπολάωσι* dicendum potiùs fuisset. In quo sanè fœdè oscitauit interpres, oblitus videlicet peruulgatæ consuetudinis Ecclesiæ, quæ, vt etiam est apud Dionys. lib. Eccles. Hier. cap. 3. Catechumenos, vt Energumenos & Pœnitentes, à mysteriis arcebat. Sed & aliquanto pòst in iis verbis, Erigit illos sermo, iubetque illos assiduos esse in precibus ad Deum, non satis assequitur quid sibi hæc verba velint, *κελεύει λοιπὸν καὶ αὐτὸς ἕχεσθαι τὸ πρὸς τὸν θεὸν ἱκετησίας*. Hoc enim iubebat Diaconus, vt cum Catechumeni ea quæ præcellerant, taciti atque in terram prostrati audiissent, iam exurgerent, ac deinceps ipsi quoque cœptam orationem prosequerentur. Itaque hoc loco *ἕχεσθαι ἱκετησίας*, non idem est quod *προσκυπεῖν*, vel *προσλιπαρεῖν τὰς ἱκετησίας*, vt putat Erasmus, sed *ἀπεσθαι & κοινωνεῖν τῆς ἐσχίας*. Non longè hinc, *χερσιανὰ ὑμῶν τὰ τέλη*, vertit, Christiana vestra vestigalia. Malim, Christianos vestros fines. Sequitur mox, Videlicet vt ipsi nosmetipsos Deo commendemus, vbi in Græco est, *ἑαυτὸς τῷ θεῷ ὡς ἑαυτοῦ* .i. Vosipfos Deo viuenti commendate. Catechumenos enim alloquitur, contrà quàm Erasmus existimat. Ac proinde in iis quoque verbis, quæ protinus sequuntur, fœdissimè labitur. Sic enim verut, Nondum de cæteris præcipimus illis, sed tamen charitatis est, & pro illis orare vt possint. Iudicet autem eruditus Lector, an his verbis aptè id exprimat, quod vult Chrysofomus. Exponens enim hæc verba, Diaconi ad Catechumenos, quæ proximè attulimus, causam hanc affert, cur hoc tantum ipsis imperet, vt seipfos, ac non item alios, Deo commendent. *ἔγω γὰρ, inquit, πλὴν ὑμῶν ἑτέρων δέησιν* (hoc enim vocabulum perspicuè sensus postulat) *αὐτοῖς ὀπιτησέπομεν, ἀλλ' ἀγαπητὸν ὑμῶν αὐτῶν δυνάσθαι δεῖσθαι*. Hoc est, Nondum enim eis, vt pro aliis orent, præcipimus. Præclare enim agitur, si ipsi vel pro seipsis orare queant. Hom. 3. hæc verba, *ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὅτι ὁ θεὸς ἡμᾶς ἐρύσατο, καὶ τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ, καὶ τὰς ἐσχίας αὐτοῦ τὸ πᾶν ἀέτηκεν*, ad hunc modum vertit, Quoniam enim dixerat, Deus nos eripuit, & suis misericordiis & vestris precibus, quod erat totius rei summa, imposuit. Sic autem potiùs transferendum erat, Et ipsius miserationibus & illorum precibus hoc totum ascripsit. Nihilò melius traduxit hæc verba, quæ aliquanto pòst sequuntur, *οὐκ ἔχουσα καταδικάζειν ἡμᾶς ὡς ὅτι πονηροῖς πράγμασιν ἐλαυνομήσας*, quæ cum perspicue ita verti debeant, vt quæ nequeat nos condemnare, tanquam ob scelerata facinora exagitemur atque vexemur, nescio tamen quid Erasmo in mentem venerit, vt sic transferre mallet, Quoniam non potest

condemnare nos, quasi factis improbis à recto discessemus. Sed & in eadem Homilia hæc verba, *ὅ καὶ ἐν ταῖς ἀράξεσι πολλὰ καὶ γέρονται* &c. incommodè planè ad hunc modum transtulit, Quod idem in his quæ gerimus, frequenter accidit: cum sic potius vertere debuisset, Quod etiam in Apostolorum Actis plerisque locis contigit. Aliò quippè proficisci constituentem, aliò iter habere Spiritus iubebat. Vide cap. 16. Act. ubi Paulus bis à Spiritu prohibetur ire quò proponebat. Infrà adhuc in ead. Hom. Cæterùm quoniam id iam præterierat, *ὁ ἐπειδὴ δὲ ἐλήλεγχεν* .i. quoniam autem compertum erat, sc. eum in Iudæam proficisci, vel, ad eos iter non habere. Longè autem crassius idem errat, cum eum locum non multò pòst vertit, in quo Chrysostomus causam exponens, cur Genes. 18. de Sodomitis dixerit Deus, Descendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, id eò factum esse ait, vt hinc sententiam non temerè ferre condiscamus. *ὡμδὲσαν ἡμᾶς*, inquit, *μὴ ἀπλῶς ἀποφάσσειν*, .i. *παρέως κρίνειν*. Erasmus, nos erudiens illud non simpliciter nec vulgari more, sed insigniter ostendi. Quæ verba quàm ab authoris sensu aliena sint, vel me tacente, perspicere Lector potest. Certè ita vertere nil mihi aliud esse videtur, quàm Lectores ludificari. Ac ne mihi quidem illud placet, quod in Morali loco eiusdem Homiliae, ubi de pueris Chaldaeis agitur, hæc verba, *μέχρι τῆς πείρας πείροι*, vertit, vsque ad tentationem progreditur. *πείρα* enim hoc loco idem est quod *ἔργον*, .i. res ipsa. Neque enim satis hoc fuit Deo, quòd prompto ac parato ad quidvis perpetiendum animo illi essent, sed eam animi promptitudinem re ipsa declarari voluit. Id què ita esse patet, ex eo quod de Abrahamo postea sequitur: ubi quia Deus erat, qui virtutem ipsius tentabat, idcirco huiusmodi tentationem minimè in opus prodire passus est. Iam Homilia quoque quarta, cum hæc verba *ἐνόησον ὅστις εἰκὸς γενέσθαι τὴν ἀνάγκην*, ita reddit, Cogita quanta fuerit eorum improbitas, an non perspicuum est eum *ἐνάγκην* vocem *ἀνάγκης ἀνάγκης* accepisse? Illud autem, quod fat longo intervallo sequitur, Quòd si contristare quempiam ab amore venit, multo magis lætificare tristem charitatis est, neminem vsque ad eò Erasmo additum esse puto, vt ab erroris nota vindicare queat. Sic enim habent Græca: *εἰ δὲ τὸ λυπηθῆναι ἐξ ἀγάπης, πολλῶ μᾶλλον τὸ εὐφραίνεσθαι λυπηθῆναι* .i. Si autem mærore vos afficere charitatis est, multo magis gaudere cum in mærore estis. Eiusdem generis illud est, quòd hæc verba, *ὁ γὰρ ὡς σπονηφόρον τέλειον ἰδέξάμενοι*, ita transfert, Non enim vt perfectum qui se lauerit. Vertendum enim potius fuerat, Non enim vt qui peccati labem profus eluerit, eum excepi. *τέλειον* enim hoc loco idem est quod *τελείως*, vel *παντελῶς*. Nec verò mox ex his verbis meliùs se expedit: *μὴ ἀπλῶς μὲν ὡς ἔτυχε προσέσθαι* .i. non leniter, nec vulgari quodam modo eum suscipere. Loquitur de fornicatore Corinthio resipiscente. Erasmus transfert, Neque id simpliciter aut vteunque iniecerit, sed efficaciter, omittens interim verbum *προσέσθαι*. Non dissimilis farina est, quod *ἔτι μὴ βλάπτειται* .i. ubi nihil detrimenti capit, vertit ille, vt nemini noceat. Verùm illud longè maioris momenti est, quòd Hom. 5. hæc verba, *δὲ εὐὸν μὲν γὰρ καὶ ἰκανὸν καταβαλεῖν ψυχῷ, καὶ τὰ πειρασμῶν ὑπομένειν*, hoc pacto reddit, Graue siquidem hoc per se est, ac dignum ob quod quis vitam abiiciat, vel tentationes suscipiat: absurdo planè sensu. Sic enim hæc verti debent, Graue quidem hoc quoque per se est, atque eiusmodi, vt animum deicere queat, nempe tentationes perpeti. Hoc enim vult Chrysostomus, cum tentatio per se res grauis & acerba sit, tum longè grauiorem & acerbioram fieri, cum quis

neminem

hominem habet, cuius consolatione subleuetur. Eodem modo nihil fuit quamobrem Hom. 6. hæc verba, ἀρχὴ ἐπιπέσει λαμβάνει ἐξέτασαι τὰ τῶ νόμῳ, sic redderet, Initium inde sumit submouendi ritus legis. quasi videlicet in Greco esset ἐξέλασαι, non ἐξέτασαι. Illud autem multo alienius est, quod Hom. 7. hæc verba, τράπον σπὸ λογισμῶν τῶν ἀξιοφορῶν εἰσαίγων, sic interpretatur, principio functionum differentias indicans. Hoc enim vult Chrysofostomus, Paulū veriusque Testamenti discrimen primū rationibus atque argumentis ostendere. Quod etiam accedit id quod in ead. Hom. satis longo post interuallo sequitur, Non egemus velamine, sicut ille in his qui incipiunt. Hoc enim loco ἔτι τῶ ἀρχαίων, idem est quod ὑπνίων, vel τῶ ὑποχῆρα .i. in iis quibus præerat. Sicque etiam eodem loco ipsum fugit, hæc verba, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα, idem esse quod μετὰ ταῦτα δὲ, ac subaudiendum esse Accusatiuum αὐτῶς in verbo ἀνάγει, vt sit sensus: Postea autem eos ad ipsam quoque Legislatoris dignitatem subuehit, atque adeo multo maiorem. Erasmus ita vertit, Quæ verò sequuntur, ad ipsam Legislatoris authoritatem refert, aut etiam multo magis: quam ad Authoris sensum accomodatè, ipse viderit. At istud multo foedius, quàm hæc verba, εἶδες πῶς ἐκκαλεῖται τὸν Ἰσραὴλ ὅτι τῶ πίναν, exponit, Vides vt accusat Iudæum de fide, cum vel meridiana luce clarius sit, ἐκκαλεῖται idem esse quod περιελεῖσθαι, vel περιτέπειν. Denique cum in eadem Homilia is qui libidinis vinculis constrictus tenetur, ad Chrysofostomum negantem pulchritudinem amoris causam esse, ita respondet τῶ φύσεως τὸ κατὰ φύσιν .i. naturæ hæc claus est, sup. non virtutis humanæ, an non parum aptè transfert Erasmus, Est enim rursus naturæ correctio. Sed plura huc conieci quàm institueram. Nam si omnia annotare visum fuisset, in quibus vir alioqui doctissimus ab Authoris sententia recessisse videtur, ingens certè huic capiti moles accessisset. Quo magis miror in tot errorum myriadibus, quibus Chrysofostomice in Paulum enarrationes vndique scatent, Philippum Moritanum, cum tamen id ex professo agat, tam paucas Decades emendasse. Vnde mihi nonnunquam in mentem venit illud Horatij ad Chrysofostomum vsurpare,

Quid te exempta iuuat spinis è pluribus vna?

Quid per luminum diem apud Greg. Naz. significetur.

C A P. X X.

MULTA sunt apud Græcos Theologos vocabula, quæ quoniam alio inretidum sensu, quàm prima fronte quibusdam videtur, vsurpari consueverunt, nisi eruditum ac solertem interpretem nanciscantur, ita plerunque reddi solent, vt Lector, quidnam ea significent, vix, imò ne vix quidem, assequi possit. Ne longè abeam, quod Latini, etiam à Græcis mutuati, baptizari dicunt, Græci nunc βαπτίζεσθαι, nunc φωτίζεσθαι, nunc σφραγίζεσθαι, nunc χαρίζεσθαι dicunt. Id quod nisi interpretes animaduertat, ac proinde tria hæc posteriora vocabula, cum in hac significatione accipienda sunt, vertat, illuminari, obsignari, purgari, verbum quidem verbo reddiderit, verum sensum verbi haudquaquam expresserit. Ac sæpe in huiusmodi vocabulis non satis animaduersa Homonymia doctissimis etiam viris imposturam fecit. Quod vt vnico exemplo, eoque ad id quod agimus accommodato, planum faciam, vix quisquam est in Græcorum Patrum monumentis tam parum versatus, quin festum illud, quod in die Epiphaniæ, ob Christi baptismum illi celebrant (quem admodum nos quoque eodem die, ipsius commemorationem agimus) τῶ φωτίζεσθαι appellari norit. φωτισμὸν enim ἀπὸ τῶ βαπτίσματος illi ferè accipiunt.

Vnde etiam Gregorius Nazianzenus Orationem eam, quam eod. die habuit, *εις τὰ ἅγια φῶτα* .i. in sancta lumina inscripsit. Et tamen Pamelius, vir meo quidem iudicio singulari ingenio ac summa eruditione præditus, Luminum festum, pro Purificationis D. Mariæ festo accipit. Eius enim Tom. 1. Oper. Cypri. Epist. 34. Annor. 13. hæc verba sunt: Festum etiam, quod hodie Purificationis, olim teste Beda *ὑπαπάντη* dicebatur, celebrat Homilia de Luminibus D. Gregorius Nazianzenus. Hoc autem ut existimaret, hinc mihi adductus esse videtur, quòd in ea Oratione & crebra luminum mentio fiat, & *καθαριστας* vocabulum non longè ab initio vsurpetur. Quæ quidem duæ voces ansam illi dare potuerunt existimandi ea Oratione Purificationis festum celebrari. Quod tamen ei assentiri nullo modo possum, cum certissimum sit, Luminum diem baptismo Christi apud Græcos consecratum esse.

*Loca quædam in Latina Oecumenij interpretatione emendantur.*

C A P. XXI.

CUM Græcum aliquem Doctorem, cui eruditus interpres contigerit, legendum suscipio, in his duntaxat locis, quæ vel ob multiplicem vocum significationem, vel non vsquequaque tritam loquendi formam, haud ita plana ac perspicua sunt, quin in his doctissimi quoque viri hæere interdum atque etiam hallucinari queant, Græca cum Latinis confero. Ac siquidem Latina cum Authoris mente ac sententia consentire reperio, interpretis industriæ faueo atque applaudo. Sin autem eadem ab ipsa disidere comperio, id in eorum gratiam annoto, qui non eos in Græcis litteris progressus fecerunt, ut huiusmodi errata per se animaduertere possint. In quo tamè eam vbiq. modestiam tenere studeo, qua cum vti par est, qui se quoque hominem esse, atque in multis per sæpe offendisse, atque etiam quotidie offendere non nesciat. Ad hunc igitur modum cum hisce diebus Oecumenium in Apostolorum Acta legerem, quædam mihi obseruasse videor, in quibus Hentenius interpres Authoris sententiam non satis est assecutus. Id autem itane sit, an ipse potius falsus sim, productis locis illi iudicabunt, qui Græcæ linguæ scientiam sibi compararunt. Cap. 1. vbi est in Latino, Hic se nihil prætermisisse ait eorum quæ coherent ac vrgerent, vox *συνεχόντων* parum cōmodè reddita est. *τὰ συνεχόντα* enim præcipua sunt, maximique momenti, non autem coherentia. Eod. cap. super illa Lucae verba, Igitur qui congregati fuerant, Græca sic habent, *καὶ ἀπαλλαγῆναι τῶν δυσχερῶν ἐπιθυμῶν* .i. molestiis & acerbitatibus liberari cupiebant. Hentenius, *hælitationibus*. Ac paulò inferiùs, vbi Græca habent, *ὡς πλεὺς παρῆσαν εὐπρεπέστερος ποιῶν*, nullo modo dubitem, quin *εὐπρεπέστερος* legi debeat, & in Latino, paratiores, pro decentiores. Cap. 3. *ἀκροατὰς ἔχον μὴ κηεῖστας καὶ φωνάστας*. Hentenius, *sublannantes & clamantes auditores habes*. Ego pro *φωνάστας*, *φωνάστας* restituo ex Græco Chrysostomi codice, quem mihi D. Nullius vtendum dedit: ex quo hæc mutuatus est Oecumenius. *φωνῶν* autem est cædi inhiare. Eod. cap. *ἔπαθον πλεὺς ψυχῶν, ἑαυτῶν κατέγνωσαν*. Hentenius, *Senferunt animam quæ ipsos condemnabat*. Ego sic malim: *commoti sunt, seipsos cōdemnarunt*. Et aliquantò inferiùs in his verbis, factus est omni animæ timor, Græca habent, *ὃ γὰρ ὡς τῶν τυρότων κατεφρόνου, ἀλλ' ἐπειδὴ πολὺς τῷ ὁ Πέτρος ἀνοήτων ἦν, καὶ τὰ μέλλοντα ἀπὸ τῶν ἐπαγγελιῶν δευκνῶν, ἐκώστας ἐφισοῦντο* .i. Non enim eos ut vulgares ac plebeios aspernabatur: sed quia Petrus magno verborum impetu superiùs ferebatur, ac futura per promissiones ostendebat, meritò pertimescebant. Hentenius autem incōmodè sanè.

Neque

Neque enim more vulgi despiciabant (typographi enim vitio legitur, despiciabant) sed quoniam Petrus multus erat ac vehemens desuper fluendo siue exhortando, & futura promissionibus ostendēdo, meritō terrebantur. Nimirum cum fefellit quid significet πολλῶ ῥέειν, quodquidē Demosthenes in Orat. pro Corona Pithoni Byzantino tribuit, utpotē viro summa vi dicendi prædico, quique rapidi cuiuspiam torrentis instar in dicendo ferretur. quod etiam πολλῶ φέρεται dicit Nazianzenus in Basiliana. Cap. 4. vbi de claudio sanato sermo est, εἰδὲ τῷ ὀνόματος αὐτῶ τῶ κλεῖς αὐτοὶ ἐφρόντιζον. Hoc est, neque proprii ipsius nominis curam habuerunt .i. proprium ipsius nomen exprimere minimē curarunt. Hentenius autem: Neque dura illis fuit de nomine Domini ipsius. Vbi κλεῖς vocabulum ob Homonymiam ipsi imposuit. Eod. cap. in his verb. Viri Israëlita, τὰ κέτω σφόδρα, inferiora detracta vertit Hentenius, minū rectē meo iudicio. Græci enim Theologi τῶς κέτω σφόδρα, eos vocant, qui humi voluntur, ac terrenis rebus addicti sunt: eodēque modo τὰ κέτω σφόδρα, res humiles & abiectas. Cap. 5. super his verbis, Et nunc Domine aspice in minas eorum &c. vbi legitur in Græco, μικρὸν σπὸ τῆς δὲ τῆς σαρκικῶν σπορεφρομῶς, μακρὸν lubentius legerim, vel sic potius, μικρὸν σπὸ τῶς σαρκικῶν σπορεφρομῶς .i. parum deinceps carnales homines curantes. Non longe hinc Græca sic habent, τὰ πάντα γὰρ ὑπανίσταται ἀπὸ τῆς καρδίας καὶ τῆς ψυχῆς πρὸς εἰς κεφάλαιον ἢ ὀρμὴν ποιεῖται, τὸ δὲ ἓν τὸ πρὸς εὐαρέτην σωτηρίαν ἔσται. Hæc enim subindicat per cor & animam ad vnum velut diuersorium contendētia, nimirum ad Deo placendum. Hentenius autem: Hæc enim subindicat per cor & animam, quæ ad vnum concurrunt compositum. Quod autem dicitur, erat, Dei manutentiam significat ad conferuandam animi placabilitatem. Quam autem hæc cum Græcis concordent, ipse viderit. Nec enim meū est quenquam insectari. Cap. 5. super illis verbis, Per manus verbō Apostolorū, Græca sic habent: ὡς αὖ τῆς οὐκίας Πέτρῳ φανύειν εὐμεγέθους τυγχάνωσιν. hoc est, ut Petri umbra, quæ roboris afferendi potestate prædita erat, fruerentur. εὐμεγέθειν enim hoc loco idem planè est quod δυνάμει. Hentenius autem sic vertit, Ut per ymbra Petri prolongatam consequerentur salutem. In fine eiusdem Capituli, Græca sic habent: αἱ γὰρ καὶ αὐτοὶ οἱ ἀποστολοὶ μετριοφρονουῦντες, τῷ διδασκάλῳ ἀνετίθεσαν τὰς θαυματουργίας, ἐν τῷ ὀνόματι αὐτῶ τὰς συμφορανομίαι, ἀλλὰ καὶ ὁ βίος αὐτῶν καὶ ἡ ἀρετὴ ἀποστολικὴ ἔσται, ἵνα τὸ μεγαλεῖος βραβεύσῃ τοῖς ἔτι πρὸς τὰς ἀρετὰς βιοῦν. Vbi postrema verba non satis assecutus esse videtur interpres, ad hunc modum vertens: attamen vita eorum virtusque verè Euangelica, idonea erat quæ plurimum collaudaretur, magnūque assequeretur præmium, in his qui ita viuere delegissent. Sic enim potius hæc vertenda mihi videntur: attamen ipsorum quoque vita ac virtus Euangelica ad huiusmodi amplitudinem his conciliandam sufficiebat, qui ad hunc modum viuere instituissent. Loquitur Occumenius de miraculis editis ab Apostolis, quæ partim diuinæ potentia, partim ipsorum virtuti ascribenda censet. At cap. 6. super his verbis, Timebant enim plebem, grauius adhuc lapsus videtur interpres. Vbi enim in Græco est, ὡ τῶς ἐμβρονησίας τῶν ἐπ' ἀδύλω μὲν τῶ φόβῳ τῶ ὄχλου τὸ σῶφρον ἐπεγνωκότων, τῶ θεῷ δὲ πρὸς ἀδύλω ἀεὶ τῶν χειρῶν αὐτῶν κεδάσθαι πλιυῶς τῶς εἰαυτῶ ἐξαρπάζοντος, μὴδ' ἓν πᾶν ἔσται ποιεῖται πρὸς ἁμῶν, ille sic reddidit, O demētia istorum, qui turbæ quidem prudentiam latentī timore cognouerant, similiter & Dei, qui manifestè suos semper de manibus eorum tanquam volucres eripiebat: nec tamen vnquam adoptari

cupiebant. Quæ quidem verba, ne quid grauius dicam, ab Authõris sententia longissimè remota sunt. Ego itaque sic reddo: O amentiam eorum, qui ob incertum quidem plebis metum sese coërcere nouerant, Dei autem, qui ob perspicuè semper ex ipsorum manibus suos, tanquam volucres, eripiebat, nullam curam gerere constituebant. Hoc enim loco ὄραν ποιῆσαι nihil aliud est, quàm ὄρα φέρειν, vel λόγον ποιῆσαι. Eod. cap. super his verbis, Et Spiritus sanctus, quem dedit Deus his qui ipsi obediunt, Græca sunt eiusmodi: ἕχ ἡμῖν ἐρήται ἀποκληρωτικῶς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτοὺν .i. Non dictum est nobis separatim, qui diligimus eum. Hentenius autem sic, Neque enim dictum est, Nobis solis qui eum diligimus, distribuendo munera. Vbi certè eum fugit ἀποκληρωτικῶς hic idem omninò esse quod μόνον. Rursus sub finem eiusdem capituli, Græca sic habent, τὸ δὲ μαρτυρεῖται, τῆς τῆς συμβουλευθέντων δευσοποιῶ μαρτυρίας. id est, vt Hentenius vertit, Verberare autem Apostolos, eorum qui imbuta infania persuasi erant. Ego autem lubentiùs ita transtulerim, Flagris autem ipsos afficere, indebilis eorum furoris erat, quibus consiliū dabat. f. Gamaliel. Neque enim hoc illis vir optimus persuasit, vt Apostolos virgines cæderent, quippè qui contrarium potius suaderet. Cap. 8. ὡς ἂν εἰ πως εἰς ἀπολείαν αὐτῶν τὸ ἔλαττον αἰχμῶν αὐτῶν προσηύδασι, τῆς προσηύδασι ἀμαρτίας ἔχοντι. hoc est, vt si fortè ipsum ad infantiam redigerent, probum ipsi conciliarent, vt qui eorum rerum imperitus esset, quas assereret. Hentenius autem: vt si fortè ad hæsitantiam consiliique inopiam eum adigerent, pudore suffunderent, tanquam insipienter se habentem in his quæ sibi delegata essent. Quo loco eum sefellit quidam hoc loco προσηύδασι significet. Loquitur enim Oecumenius de Stephano, cuius nomini infamiam sese hac ratione aspersuros esse impij homines existimabant, si doctrinæ quam profitebatur, rationem reddere minimè potuisset. εἰς ἀπολείαν autem παρῆσαν, idem est cum eo quod mox sequitur, εἰς ἀφασίαν συμελαίνειν. Vernacula lingua dicere solemus, mettre à quia. Paulopost ληστρικώτερον χρῆσθαι, quod Hentenius transfert, clam procedere. Ego malim, prædonum more grafari: vt etiam aliquantò post, πάντα καὶ τὸ ληστρικὸν ἔχοντα, verro, vbique prædonum morem retinent: non, vt Hentenius, furtiuos vbique nituntur aggressus. Neque enim ij qui Stephanum laceffebant, furtim ac velut per cuniculos optimum virum aggrediebantur, sed aperta vi. Eod. capite, in his verbis, τῷ ὑποδείγματι τῆς εἰς ἀπειθείαν ἀποσιώπων τῆς νῦν, perspicuus error in Græco est. Etenim pro ἀποσιώπων, ἀποσιώπων legi debet. Itaque sic verro, hoc exemplo eorum qui nunc sunt in obedientiam insectans. Hentenius vitio libri delusus: hoc exemplo detegens præsentium inobedientiam. Eodem cap. super his verbis, Ipsum audietis, Græca sic habent, καὶ ταῦτα ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν τῇ ὑμῶν προσηύδασι μαρτυρίας. hoc est, Idè in deserto, vbi maximè vobis præsidio eram. Hentenius autem: Et hæc quidem in deserto, vbi longissima fuit mora vestra. Vbi sanè quid illi in mentem venire potuerit vt ita verteret, non queo coniectare. Cap. 13. de Barnaba loquens: ἰὼ δὲ ἄνθρωπος χρηστὸς σφόδρα. διὸ καὶ ἕως τῆς κλήσεως φερανύκτως ἐλέγετο. Hentenius: Filius consolationis ex nomine dicebatur. Ego autem: Idcirco Barnabas, hoc est, consolationis filius apto nomine appellabatur. hoc est, re præstabat id quod nuncupabatur. Ac miroi quoniam pacto ipse quoque Erasmus in tam facili vocabulo hæserit. Etenim cum in Epist. D. Hieronymi ad Desider. quæ incipit, Lecto sermone, hæc verba legisset, Gratulor tibi & sanctæ atque venerabili sorori tuæ Serenillæ, quæ Feronomos (Feronymos autem legendum est) calcatis fluctibus seculi ad Christi tranquilla

tranquilla peruenit: in Scholiis suis scribit, Sequebatur dictio Græca, quam quidam sustulerant, alij variè posuerunt: sed ita vt nihil potuerim conicere quod mihi satisfaceret. Expectandū est igitur exemplar emendatius. Hæc ille. Atqui facile erat conicere legendum esse *φειρόμιος*. Hoc enim vult Hieronymus feminam illam appositè Serenillam appellatam fuisse, quod ad tranquillum vitæ genus se contulisset. Verūm ad institutum redeamus. Cap. 15. *ἔγχε δὲ τὸ ἀξιώματος αὐτὸν μεταπέμψαι*. Hentenius, Nolebat dignitatis nomine eum accersere. Ego autem, Nolebat imperiosè eum accersere. Loquitur de Centurione qui Petrum accersendum curauit. *δὲ ἀξιώματος* is aliquem alloqui dicitur, qui imperiosius aliquanto eum alloquitur, atque ita vt dignitatis authoritatibusque suæ meminerit. Contrà, qui altissima dignitate præditus, familiariter, ac veluti positus fascibus, cum homine inferioris notæ colloquitur, is *ὄχι δὲ ἀξιώματος*, vel *ὄχι δὲ χήματος* (sic enim loquitur Basil. in Epist. ad Candid.) *αὐτῷ προσελάγεται* dicitur. Cap. 26. *ἔτα καὶ χεῖσιν αὐτοῦ Ἀεγύπτου ἐπέγει*. i. Deinde etiam ipsis locum Arati producit. Fallitur enim Hentenius, qui *χεῖσιν* vaticinium exponit: quemadmodum & cap. 29. vbi de his Christi verbis loquitur, Beatius est dare quàm accipere. *χεῖσιν* enim *παράγει* idem est quod locum aliquem authoris cuiuspiam proferre, vt mille exemplis planum facere possem, nisi in re perspicua verba consumere pigeret. Cap. 32. Volens diabolus Paulum facere participem criminum quæ sibi congruebant. *Ὁ δὲ ἐπέγει*. i. illi, non sibi. Hoc enim refert ad seditiosum illum Ægyptium, nō ad diabolum. Cap. 33. *ἔγχε δὲ ἐβύλετο εὐχεταφρόνητος φαίνομαι τῷ χιλιάρχω. εἰ γὰρ αὐτὸς ἐδὲ ἐφείσατο μαρτυρεῖν, ὡς δὴ τοῖς Ἰουδαίοις ἐκιδιδόσθαι μέλλοντα ὑπὸ τῷ οὐρανῷ ἀποπέσει*. hoc est, Non enim volebat Tribuno vilis & contemnendus videri. Etenim si ipse quidem ab eo flagellando abstinuisset, tanquam Iudæis dedendus esset vt à seruis caderetur. Hentenius autem: Non enim volebat Tribunal intelligere quod facile despiceretur. Nam quum ille pepercisset nō flagellaretur, si postquàm ad Iudæos educus est, contigit vt à ministris verberetur. Quæ verba longè ad Græcis discrepant. Ex hoc autem loco corrigenda est translatio Chrysofomi hom. 48. in Acta, vbi hæc sic habentur: Si enim ille quidem pepercisset Tribuno flagellari, Iudæis exposituro, quod à seruis caderetur. Hæc enim verba à Græcis tam dissident, quàm quæ maximè. Sed & eodem cap. 33. paulo inferiùs, haud satis Oecumenij sententiam expressisse videtur interpres. Sic enim Græca habent: *ἔτι γὰρ καὶ μεταχειρισμῷ χεῖσας ἰχυροτέρῳ παρρησίας. πολλὰ γὰρ παρρησία μὴ ἀνεχόμενος ἐβλάψε τιτὸν ἀλήθειαν, μεταχειρισμὸς δὲ εὐχετος κατάρσασε τὸ προσκείμενον*. Hentenius: Contigit enim vt quis grauiori dispensatione liberæ locutionis vtatur. Frequenter enim intempestiua loquendi libertas veritati nocuit: tempestiua autem eius vsus, quod propositum erat correxit. Quæ verba quàm parum Græcis respondeant, quid me commemorare attinet, cum id cuius perspicere promptum sit? Ego itaque sic potius transfulerim: Licet enim calliditate quoque libertatē loquendi superante nonnunquam vti. Sæpe etenim intempestiua libertas veritati detrimentum attulit: Contrà tempestiua calliditas id quod propositum erat, confecit. Loquitur enim Author de eo quod dixerat Paulus, Nesciebam quod summus sacerdos esset. Quæ quidem verba etiam si dissimulatiuè à Paulo habita sint, omnī tamen reprehensione carere ait. Licere enim interdum calliditate ac dissimulatione vti, cum intempestiua verborum libertas plus incommodi quàm utilitatis allatura sit. Itaque *μεταχειρισμὸς* hoc loco idem est quod *προσπίπτει*,

quemadmodum etiam liquet ex his quæ præcedunt, *ωρασιεῖται ἀγνοία* & *βλάπτεισαν, ἀλλ' οἰκονομῆσαν*. Cap. 35. interpres non satis horum verborum mentem intellexisse videtur. *τὸ τοῦτον* (i. quod diabolo vouetur) *ὀκῶ ἀνατίθεται, ἀλλὰ κατὰ τίθεται*. Sic enim reddit: Quod enim eiusmodi non reponitur aut deponitur, sed reicitur. Itaque sic malim: Quod enim huiusmodi est, non appenditur, sed dependitur. Hoc enim vult Oecumenius, id quod diabolo vouetur, *κατὰ τίμα* potius quàm *ἀνά τίμα* dicendum esse. *ἀνά τίμα* enim id demum proprie dicitur, quod Deo appenditur atque consecratur. Atque eodem modo apud Athenæum non illepidè quidam ad eum qui improprie verbo *ἀνακείσθαι* pro *κατακείσθαι* .i. mensæ accumbere, usus fuerat, hoc regessit, *ὃ δὲ ἔ ἀνάκισσ* .i. suspendatis vt donaria ea quæ diis consecrantur. Cap. 37. *καὶ μετὰ κόπον καὶ πόνον, καὶ ἐν τῷ ὄργασματι* .i. tum elaboratè, tum ex tempore. Hentenius utrunque confundit, sic verens, multo cum labore & molestia, idque protinus. Hoc vult illic Paulus se paratum esse ad fidei Christianæ veritatè vel longa atque elaborata oratione, vel in promptu & ex tempore, si ita Agrippa malit, asserendam. Cap. 38. *τῆς ἐμαυτοῦ ἕπι τῶν πραγμάτων κοιμωμένος*. Hentenius: cum fatum ad id quod præuisum est, obdormiat, Ego autem sic: Cum fatum in perspicuis ac velut ob oculos positis dormiat. Eodem cap. hæc verba, *ἵνα κατὰ χροὸν αὐτῶν*, ita rursus vertit, quasi in Græco esset *καταχρόνως*. Sic enim reddit, vt confunderet eos. Sic autem transferendum erat, vt eos retineret. Rursus aliquanto inferius, in his verbis, *ὃ γὰρ ἔδωκεν αὐτοῖς φροντίς προφῆας, ἀπὸ τοῦ ὅτι τῶν τυγχόντων ὄντος κινδύνου*, non mihi cum eo cōuenit. Sic enim transfert, Non enim erat illis cura cibi, vt pote non sinente periculo occupari circa res vulgares. Ego autem ad hunc modum: Non enim illis cibi cura erat, quippe qui non in vulgari periculo versarentur. Cap. 40. *καὶ τὰ παλαιά μου λέγει*. Hentenius: Et ea dicit, quæ sibi mutuo constant. Ego autem: Et ea dicit quæ promptè ipsi in mentem venerant.

*Quidnam σωτακτέλιος significet*

CAP. XXII.

**D**IV ego addubitavi quidnam causæ esset, quamobrem Gregorius Nazianzenus Orationem eam, quam centum quinquaginta Episcopis præsentibus habuit, *σωτακτέλιον* appellavit. Atque in hanc sententiam non inuitus concessissem, vt λόγον σωτακτέλιον, idem esse quod *ἐπιρωικόν* existimarem, si ea Oratione de componendis Episcoporum dissidiis ageretur. Quum autem illic de ea re nullum verbū fieret, anceps planè hærebam, quamnam hæc vox significationem haberet. Tandem tamen comperi *σωτακτέλιον* λόγον eo loco idem esse quod *Σπτακτέλιον*, hoc est, orationem extremam, qua quis valere aliquos iubet. Id quod, ne temerè à me ita exponi quisquam existimet, duo loca producam, quibus opinio hæc mea comprobetur. Etenim eruditissimus ille Dionysij Arcopagitæ scholiastes Maximus, eodem planè significatu hoc vocabulum vsurpavit initio Scholorum suorum in lib. De diuin. nom. cum ita loquitur: *τῆς δὲ δηλοῦται ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἁγίων Σποσόλων, ἕνα ἐν Ἀσία σωτάσεται ταῖς ἐκκλησίαις αὐτοῖς ὁ Παῦλος* .i. Hoc perspicue declaratur in Actis sanctorum Apostolorum, vbi Paulus Ecclesias Asiaticas extremum salutavit: vel, Asia Ecclesiis vale dicit. *σωτάσεται* enim nihil hîc est aliud quàm *Σπτάσεται*. Atque eodem modo in lib. Quod mortui viuentiū beneficiis iuuentur, Damascenus, siue quis alius illius libelli author sit, de impiis loquens, qui in extremo iudicio quosdam ex familiaribus suis ab electorum parte stare videbunt, his verbis vtitur: *καὶ ὅταν πινὰς ἐξ αὐτῶν τοῖς δεξιῶν ἰδῶσι καταταχθέντας*  
μέρεσιν.

λα. 10.

μέρεσιν, Σπυριγιζόιδρι ἡλιώσι τὸ σωτακτικόν. Quo loco neminem tam præ-  
tractum ac pernicacem fore puto, qui hoc non mihi assentiatur; σωτακτικόν  
ἡλιώσιν nihil aliud significare, quàm in ultimo digressu lamentari. His igitur  
duabus auctoritatibus fretus, iusto sacramento contendere, ac pro certo af-  
firmare non dubitem, illam Gregorij Orationem idcirco σωτακτικόν appel-  
latam esse, quòd eam primo quoque tempore discessurus habuerit, eaque  
Episcopos illos extremum salutet.

*Producuntur loca quædam ex Gregorio Nazianzeno, quæ à Dionysio Areopag.  
mutuatus esse videtur.* CAP. XXIII.

**N**ONNULLA apud Gregorium loca sunt Dionysij Areopagitæ verbis  
vsque adeò similia, vt ea ille ab ipso mutuatus esse non immeritò cuiquam  
videri possit. Quod ne me fingere quisquam putet, loca ipsa proferre minimè  
pigebit. Oratione 2. de Pasch. de Deo loquens Gregorius, ὅλον, inquit, ἐν  
ἑαυτῷ συλλαβῶν ἔχει τὸ εἶναι. Dionysius autem cap. 5. lib. de Diuin. nom. ὅλον ἐν  
ἑαυτῷ τὸ εἶναι σωειληφώς. Eodem loco Gregorius Deum esse dicit πέλαγος ὕψους  
ἄπειρον καὶ ἀβύσσον. Quæ verba non longè remota sunt ab his Dionysij lib. de  
Cælesti Hier. cap. 9. Ἱεράρχιος φωτὸς ἀπειρόν τε καὶ ἄφθονον πέλαγος: quemad-  
modum nec ea quæ Gregorius ead. Orat. non longè post ait, εἶει χερύλαι τὸ  
ἀγαθὸν καὶ ὁδὲ ἕσται, ὡς πλείονα εἶναι τὰ ἔργα τῶν ἁγίων. τὸ γὰρ τῆς ἀκρας ἰσὺ ἀγα-  
θότητος, valde ab his Dionys. cod. lib. cap. distant, ἐστὶ γὰρ τὸ τὸ πάντων αἰτίας  
καὶ ἕσται πάντα ἀγαθότητος ἰδίον, τὸ πρὸς κοινωνίαν ἑαυτῆς τὰ ὄντα κελεῖν. Quin  
eadem rursus Oratione id quod ait Gregorius de Angelis in Christi ascensio-  
ne sese mutuo interrogantibus ac respondentibus, hausisse videtur ex Dionys.  
cod. lib. cap. 7. vbi, etiam aliis verbis, eadem tamen extant. Quod autè ait Gre-  
gorius in Orat. de Dogmate, de vitæ puritate verba faciens, αἰετὸς ἡείας ἐμφά-  
σις καθαρός ἐν ἑαυτῷ φέρειν, οἷον ἔσοπρον ἀκηλίδωτον ἡεὺ καὶ τῆς ἡείας ὄν, &c. Id  
sanè mihi à Dionysio sumpsisse videtur. Is enim lib. de Cæl. Hierarch, his ver-  
bis vitur. οἰοπὸς ἱεραρχίας ἐστὶ τὸς αὐτῶν ἡασώτας ἀγάλαματα θεία τελεῖν, ἔσοπρος  
διαδίδακα καὶ ἀκηλίδωτα, δεκτικὴ τῆς ἀρχωτῆς ἀκπνος. Ac paulò inferius Hie-  
rarchæ munus esse δέτα τὴν ἡείαν ἐέργειαι ἐν ἑαυτῷ καὶ τὸ δυνάτον ἀναφανο-  
μῶν. Iam quod ait Gregorius in magno Apologetico sacrum Antistitem  
nouos quotidie in virtute progressus facere debere, εἰς μέλλοι τῶ πειόντι τὸ  
ἀρετῆς ἔλθειν τὸς πολλὰς εἰς τὸ μέτριον, non admodum dissimilia his esse existi-  
mo, quæ Dionysius loco proximè citatò, δεῖ τὸς καθαρκὲς πεισίαι καθαρίσας  
ἑτέροις μετὰ διδόναι τὸ οἰκείας ἀγνότητος. Illud item quod ait Greg. Orat. 3. de Theo-  
log. τὰ τῆς ἐρωτημάτων πωίγνια καὶ τὰς ἐν ψάμμαι οἰκοδομαίς, &c. de sophisti-  
cis Arrianorum argumentis loquens, non multum ab eo abludit, quod Dio-  
nysius lib. de Diu. nom. captiuunculas Elymæ Magi, πωίδων ἀθυρότων οἰκοδομή-  
ματα, καὶ ἐστὶ ψάμμαι καὶ ἀσθενῆ vocat. Denique hæc verba Gregorij in Oratio-  
ne Basiliana, ἵνα μὴ ταυτὸν πάθω τοῖς ἀπειροτέροις τῆς ἀθλητῆς, οἱ τὴν ἰσχυρὸν ἐν  
τοῖς εἰκῆ παλαισμοῖς καὶ παρέροις κενάσταις, ἢ τῆς ἐν τοῖς χερύοις εὐελοκονται,  
an non proximè ad hæc Dionysij verba cod. cap. eiusdem lib. accedunt, vbi de  
eodem Elyma adhuc loquens, μιμῆται, inquit, τὸς τῆς ἀθλητῆς ἀπειροπίας  
οἱ πολλὰς τὸν ἀέρα ἀφάνοις πληγῶς καταπαόντες, οἷονται τῆς ἀππαλων κε-  
κρατηκέναι. Hæc sunt quæ non abs re suspicionem aliquam asferre possint,  
Gregorium Nazianzenum in Dionysij libros incidisse: tamen alioqui non  
ignorem fieri posse, vt eadem sententiæ, atque etiam interdum verba diuersis  
hominibus in mentem veniant,

Emendata quaedam in Homiliis Chrysoft. in Acta.

CAP. XLIII.

CUM superiore anno Latinam Chrysoftomi in Apostolorum Acta versionem ad Græcum exemplar, quod à clarissimo viro D. Nullio utendum acceperam, contulisset, tot interpretum errata deprehendi, ut si ea hinc ascribere atque emendare aggrediar, non vnus voluminis res futura sit. Itaque ne nimia prolixitate Lectori tædium pariam, ea tantum loca hoc capite annotabo, quæ mihi in quattuor primis Homiliis, quas Erasmus Latinas fecit, castigationis indigere visa sunt. Hinc enim admonebuntur interpretes, ut in vertendis classicis Authoribus minus negligenter segerant, cum animaduertant eruditissimum ac summa facundia præditum virum tam sæpè, non sine ingenti Lectorum fraude falli, dum doctrina sua fretus, minus, quàm par sit, industriæ ac iudicij adhibet. Igitur hom. i. in his verbis, quod quærebatur, illud erat, ut homines audirent eum excitatum à mortuis, &c. In Græco est, τὸ πνευμάτι .i. ut crederent. Super his Lucæ verb. Πρῶτοι δὲ ἐδίδασκετε, &c. Magna laus Apostolorum cum talia fuerint aggressi. G. ὅταν τὰ τοιαῦτα ὄσιν ἐγγεχειρισμένοι .i. cum talia eorum fidei commissa sint. Aliud enim significat ἐγγεχειρίζειν, quàm ἐγχεῖν. Super his verb. Per dies quadraginta, Aduolabat enim ac deuolabat. In Nulliano codice est, ἐφίετο γὰρ καὶ ἀφίετο. Infrà item, vbi habet Erasmi versio, Quapropter & incredulos per fidem colligimus, codex quo sum vsus, habet: καὶ τὰς ἀποστόλους ἐπιτίθει σιλοζόμεθα. hoc est, Atque etiam Apostolos eos hinc fuisse colligimus. Erasmus videtur legisse ἀπίστους, sed ἀποστόλους legendum esse patet ex his quæ sequuntur. Mox etiam pro, pudefaciunt, lubentius legerim, transfigunt, cum in Græco sit παρειέρισσι. Sic in his verbis, Vide quomodo desperationem hanc dissoluat, anxietatem malim, ἀγωνίας. Sequitur aliquanto post, Si Daniel angelum visurus semotus est. Vbi non animaduertit interpret ἀγγέλου hoc loco non semotionis nec secessionis significationem habere, sed grauissimi cuiusdam metus, præ quo artus penè dissoluantur. Non longè hinc, Quoniam in baptismo, &c. Hæc sic potius vertenda sunt, Quoniam id quod præcipuam vim habebat, hoc est Spiritus, adest, per quem etiam aqua fit efficax. Perinde videlicet atque ipse Christus dicitur, cum tamen nequaquam vnctus esset oleo, sed Spiritum sanctum accepisset. Quanquam etiam alioqui comperire licet eos aqua tinctos fuisse. Erasmus hic dum voculam hanc ὡσπερουῶ in duas diuidit, cogitur de suo hæc verba addere, Sic & baptizati dicuntur discipuli, ut similitudini sua constet redditio. Paulo post, Iam enim multa de hoc baptismo dixerat. Erasmus hic quoque de suo hanc vocem, baptismo, addit. Et malè. subauditur enim, Spiritu, non, baptismo, ut patet ex eo quod mox sequitur, vbi tamen etiam grauius idem errauit, dum hæc verba, μὴ νομίσατε αὐτὸ ἐνέργειαν εἶναι ἀνυπόστατον ita transfert, Ne putarent hanc spiritus vim talem ut nusquam appareat. Non enim dubium est, quin ita potius vertendum sit, Ne arbitrentur ipsum (spiritum) vim ac facultatem esse, quæ per se minimè subsisteret. Erant enim qui Spiritum sanctum personam haudquaquam constituere dicerent, sed ἐνέργειαν duntaxat esse, hoc est, vim quandam & operationem. Quorum sententiam refellit Gregorius Nazianz. Orat. 5. de Theolog. atque etiam vocabuli Homonymia ludens in Orat. de sancta Pentecoste, ait, huiusmodi opinionem aduersarij spiritus ἐνέργειαν .i. afflatum esse. Infrà ead. Hom. i. in his verbis, Si quis aditurus annonæ præfecturam, sibi parat quicquid ad vsum vitæ pertinet, Græca

Græca hæc parum commodè reddit Erasmus, εἰ γὰρ ὅτι ἀρχὴν μέλλων ἕνεκα τῆς βιωτικῆς ὀφθαλμοῦ ἐκείνου πάντα τὸν βίον. Sic enim potius verti debent: Etenim si is qui mundanum aliquem magistratum aditurus est, toto antè vitæ tempore se præparat. Idem enim planè est βιωτικὴ ἀρχή, quod κοσμική, vel περὶ σωμαίος. Eadem Hom. Tu verò vbi vigilandum erat, non occupas istam humanitatem Dei. G. ἐνθα ἔδει ἀποδοῦναι, ἢ προσέλαμψεν τὴν φιλίαν. i. vbi diligentia adhibenda erat, non huiusmodi benignitatem allegas. At illud crassius, quod paulo pòst hæc verba, ἔταν χεῖρ τὰ παρ' ἐαυτοῦ εἰσενέγκωμεν, vertit, quum eam nostra sponte amplectemur. Quis enim non videt ita potius transferendum, Quum ea quoque quæ muneris hostri sunt, præstiterimus. Quæ autem non multo pòst sequuntur, longiùs adhuc ab Authoris mente absunt. Vbi enim habet Latina versio, Cur autè istiusmodi causificationes aduersus tuam ipsius salutem vsurpas, Græca ad hunc modum habent: τί οὐκ ἂν καταξιώσεις, φησὶ πάλιν ἀπελευσεται κενὸς κατορθωμάτων; i. Quid igitur, dicit aliquis, si is qui baptismum consecutus est, rursum virtutibus vacuus hinc abscessurus est? Sunt enim verba hominis baptismum differentis. Haud multo leuius est, quod inferius aliquantò sequitur, Quid ais homo, qui tantis malis plenus es ac deploratus. Semel factus es amicus, semel vltioni supremæ subductus es. Græca enim sic habent: τί φῆς ἀνθρώπε; μετὲς ὧν κακῶν τοσούτων καὶ ἀπεγνωσμένος, ἀχρόον ἐγένεθαι φίλος καὶ μετὲς τῶν ἀνωτάτων τιμῶν ἀνιῶσθης, hoc est: Quid ais homo? Cùm tot malis scateres, ac deploratus esses, repente amicus factus es, atque ad summum honorem euectus. Sed & aliquantò pòst contra omninò vertit, quàm oporteat. Sic enim habet ipsius translatio, Præclara verò & expetenda mysteria. At nullus animam agens capit lotionem. Ad hunc autem modum transferendum erat: Si præclara & expetenda mysteria sunt, nullus animam agens baptismum capiat. hoc est, non eò vsque baptismum differat, donec morti propinquus sit. Eos enim insectatur, quos veteres Clinicos appellabant, hoc est, qui non nisi sub vitæ catastrophæ baptizari volebant. Non longè hinc, pro, præsertim, reponendū, idque. Alioqui enim ridicula esset ratio. Sic etiam paulo pòst, pro, Nunc non est dies quadragesimus, vertendum, Nunc non est Quadragesimæ tempus. Infra rursum, hæc verba, Quam ob causam non perdidisti quò cœperas? non extant in Nulliano codice. Est certè sensui potius officere quàm prodesse videntur. Hoc enim vult Chrysostomus, eum qui ad baptismum non accedit, omni excusatione carere: cum autem, qui, cum ex vitæ Christianæ præscripto viuere aggressus sit, non tamen id præstiterit, causari posse præceptorum Dei grauitatem. Malo enim hoc loco Erasmi lectionè sequi, quæ παραγμάτων habet, quàm παρημάτων, vt est in Nullij libro. Quin in his quoque verbis, Rursum quos æstus pectoris sentio, quoties alios video sub extremum halitum festinantes ad initiationem, nec hinc fieri puriores, non leuis error mihi inesse videtur. Hinc enim suspicari quispiam posset baptismū in vitæ fine susceptum nil utilitatis asferre. Atqui Græcorum verborum sensus is non est, ὅταν ἐπέσθῃ ἰδὼν μετὲς τῶν ἐσχάτων φθάνοντα ἀναπνοῆς, καὶ μὴδὲ ἐντεῦθεν σαφῶν, ζομδύσθῃ. i. quoties alios video ad extremos vitæ spiritus peruenire, ac ne hinc quidem tamen meliores ac prudentiores fieri. s. vt baptismum suscipiant. Quod autem mox sequitur, Et si contingat à morbo conualescere, grauius etiam dolet velut affectus contumelia, non sic intelligendum est, quasi doleat se sanitati restitutum esse, verūm quia ægrè fert se ad suscipiendum baptismum inductum esse, quia per ea pacta, quæ in sacro lauacro cum Deo

ineuntur, videt sibi interdictas voluptates, quibus diutiùs frui veller. Paulo pòst, typographorum, vt reor, negligentia scèdum erratum abrepfit. Vbi enim habetur, In hoc dedit baptismum, non vt eo accepto mox decedamus, sed vt semper viuentes baptismi fructus proferamus, quis est tam plumbei ingenij, quin prima fronte perspicere possit, pro, semper viuentes, vnico vocabulo legi debere, superiuentes, G. ὀπιζήσαντες. Sub finem, Non enim vestra culpa fiunt ista, sed ingratorum. Ego autem sic, Non enim nostra culpa ista fiunt, sed vācordium hominum. Id enim significat hoc loco ἀγνωμόνων vocabulum. Hom. 2. hæc verba, eòque multo cum honore adeunt, malè hic inserta sunt: nec ea habet Nullij codex, imò nec Oecumenius agnoscit: verùm paulo pòst, vbi in Latina versione est, Sed quid dicunt, Nullianus liber habet, ἀλλὰ μετὰ πλείονος πῦρος προσῆλθον λέγοντες .i. cum maiore honore accedunt, dicentes. Infrà in his verbis, Hæc scire futura magnum est, &c. Græca sunt huiusmodi: τί γὰρ εἶπέ μοι μαθεῖν, τὸ μαθεῖν ὅτι βασιλεύσῃς πῆ, ἢ τὸ πῶτε; id est, Quid enim quæso maius est, scire quòd quispiam regnaturus sit, an quo tempore? Infrà adhuc, Si quidem illud abstulit, videlicet vt resurrectionis principium videretur. Græca autem sic habent: παρέλακε γὰρ ἐκείνο τὸ πῶ ἀρχὴν ἰδεῖν. hoc est, Minimè necessarium illud erat vt principium viderent. Erasimus ita vertit, quasi in Græco παρέλακε legisset, Sed sanè παρέλακε legendum est, vt etiam legit Oecumenius, hunc locum exponens. Paulo pòst, Vt non gererentur, Lege, vt non omnia gererentur. Et aliquot pòst versibus, Quāquam hoc & de Spiritu dictum est. G. πατέρος αὐτῆ, de ipso Patre, non πνεύματος, vt videtur Erasimus legisse. Liquet enim hunc locum Psalmistæ ad Patrem referendum esse. Mox, Mihi sanè videtur hæc, &c. Hæc sic lubentiùs verterim: Hæc enim eis adhuc interrogantibus, ac vehementer ad ea attendentibus quæ dicebantur, vigilantibusque ac minimè dormitantibus facta sunt. Quin etiam nubes ob eum extitit. Nam Moses ingressus quidem est in caliginem, verùm non illius causā adhibita est nubes. Non longè hinc Superest vt digni videantur, quibus fides habeatur in his, de quibus loquuntur. G. ἀξίωσις ἢσαν ἐκείνοι ἐκ τῆ εἰπέειν, ἄνδρες γαλιλαῖοι. τὸ γὰρ ἴδω τὴν πατρίδα μαθεῖν .i. fidem illi merebantur ex eo quod dicerent, Viri Galilæi. Hoc enim erat patriam eorum perspectam habere. Infrà, Eò quòd illis secundi aduentus non mediocris cognitio data sit. Gr. ἔμικρον ἀνιγμα, non parua significatio. Mox, Protinus addunt castigantium verba. Nullij codex habet κολακούντων: sed κολάζοντων malo, cum Erasmo. Neque enim κολακεία in angelos cadit. Nō longo intervallo, Vsq̄ ad eò delectabantur illius mansuetudine. Græc. ἔπας ἢδεσαν αὐτῶ τὸ ἡμέρον .i. Vsq̄ ad eò ipsius mansuetudinem compertam habebant. Paulo pòst, Aptum profectò congruūque responsum. Ego autem: Aptè profectò atque opportunè id Esaiæ dicere liceat, Fatuus fatua loquitur. Non multo pòst, Inducis malitiam creatam. Gr. ἀγέννητον .i. increatam. At grauius est quod non ita longè hinc sequitur, Nec verentur his senectutem ac longæuitatem immensam dare: cū in Græco sit, τὸ γέρας τὸ μέγα αὐτοῖς ἀποδιδόντες .i. decus ingens ipsis (si malis) tribuentes .i. eandem cum Deo æternitatem. Verùm in loco meridiana luce clariore turpius adhuc postea labitur in his verbis, Tempestiuum igitur existimarunt iniqui loqui nugalia: cū in Græco sit, εὐχρηστοῦ οὐ εἰπέειν, διηγήσαντό μοι παρρημοὶ ἀδολεχίας, hoc est, Tempestiuum itaque fuerit dicere, Narrauerunt mihi iniqui fabulationes. Hom. 3. Sed si quando ob aliquam causam res deuenerit ad contentionem, non tanquam ad principatum

parum aut praefecturam fratrum atcedamus. Gr. ἀλλὰ εἶπω τίνος ἕνεκεν ἀξιμά-  
 χητον τὸ ἀρχαῖα γέγονεν; &c. At dicamne cur res hæc (nempe praefectura Ec-  
 clesiastica) tanta contentione experatur? Quia non tanquam ad fratrum cu-  
 ram & gubernationem accedimus, sed tanquam ad honorem nostrum & ob-  
 lestationem. Paulo post, Rursus nisi semet omnibus præbeat. Delendum est,  
 semet. De pecuniis enim loquitur Chrysofomus. Eodem modo pro his verbis,  
 vt nulla ratio possit æstimare, lubenter reposuerim, vt nulla oratio possit expri-  
 mere. Paulo post, Euenit vt quis successionem accipiat virorum improborum,  
 quid consilij capiat, peccatis præuentus. Gr. σωβέη πινὰ τὸν κληρὸν δέξασθαι ἀν-  
 δρῶν μορθηρῶν. τί δὲ βεβλήεσθαι ὅτι ἀμαρτήματα περιλαβῶσιν; hoc est: Contigit  
 vt quidam vir improbus electus sit. Quid hîc consilij capiendum est ob præte-  
 rita peccata? Ibid. Non oportet illum amittere. Gr. ἀφῆναι, i. absoluerè. Ibid.  
 An excutiendus est prior? Gr. ἐκκόψαι δὲ ἀρῶτον; An prius cum excindere  
 opus est? Ibid. Non oportet eligere quenquam, nec in alium reuocare gradû.  
 Sic fortasse melius: Non oportet eum eligere, nec ad alium gradum proue-  
 here? Infrà: Quum concupisces sacerdotium, ex aduerso pone criminationes;  
 quas illi perpeti necesse est. Gr. ἀπίστησον τὰς εὐθυσίας τὰς ἐκεί. i. ex aduerso op-  
 pone rationes, quas in futuro æuo reddendas habebis. ἐκεῖ enim idem est quod  
 ἐν τῷ μέλλοντι. Paulo post: & præsentem deiiciant. Gr. χακίζοντες, vituperent.  
 Mox, Hoc & nunc conuenit dicere, &c. In Nulliano codice Græca sunt  
 huiusmodi. μᾶλλον δὲ νῦν ἔδδ μετὰ τὸ ἐκβιῦσαι δῦλος τοῖς πολλοῖς. ἔ γὰρ ἔστιν αὐ-  
 τοῖς πόλεμος. i. Imò, vt rectius loquar, plerisque, nec posteaquàm excesserint,  
 perspicuum est bellum. Neque enim ipsi bellum gerunt. Non longè hinc,  
 Quem enim conscium adibis, si procuraris vel per teipsum, &c. Vbi fallitur  
 Erasmus, dum non animaduertit ποίῳ σωειδῶτι idem esse quod ποία σωειδῶς  
 i. quanam conscientia. At illud crassius, quod aliquantò post sequitur, Neque  
 enim arbitror quenquam, quamuis admodum gloriæ sitientem, nisi vocet ne-  
 cessitas, velle Episcopû designari: solum in Græco habeatur, μὴ χαλδῶσις χρεῖας  
 ἡελί(α)ν ἢ ἀπλῶς ἐπιδείκνυσθαι. i. velle sese duntaxat ostentare. Neque enim  
 hic loquitur Chrysofomus de Episcopatu: sed ait se non ambitionis studio, sed  
 necessitate compulsus huiusmodi orationem habere. Itaque non mihi cum  
 Erasmo conuenit; qui ἐπιδείκνυσθαι idem esse putat quod ἀποδείκνυσθαι, vel  
 χειροτονεῖσθαι. Non longè post: Optarim enim ipse vel millies execrabilis esse.  
 Gr. πηρωθῆναι. i. excæcari, luce orbari. Sic mox, Dormienti mihi obseruami-  
 ni. Emoriar nisi videor similis dolore exanimatis, nisi attonitus. Gr. χαθῦδοντι  
 μοι παρῆσθε, εἰ μὴ τοῖς ὄψαλι τοῖς ὅμοια, εἰ μὴ τοῖς ἐξερηῶσιν. i. dormienti mihi  
 adeste, ac perspicite an non paralyticis similis sim, an non iis qui mentis errore  
 affecti sunt? Ibid. Rursus quantum animi solatium, si vos probati sitis. Gr. τίς  
 ἀδυναμία, ἢ μὴ εὐδοκμοῦται; hoc est, Qui mæror, vobis virtute florentibus?  
 Hom. 4. non longè à principio, Sed vt magis excitaret. Sic lege, Sed è cælo: vt  
 animos illorum magis excitaret. Ac repleuit, inquit, totam domum. Longo  
 post interuallo, Et Samuelem qui post quadraginta annos quum populi rem  
 administrasset, tamen adhuc nutriebatur in templo. Vbinam hæc hauserit  
 Erasmus nescio. Neque enim Scriptura hoc refert, nec Chrysofomus hoc ait.  
 Sic enim Græca habent, καὶ μετὰ πεσάρχοντα ἔτη τῆς διμαγωγίας ἀπόμυθον,  
 τὸν Σαμεὴλ ἀναχερόμυθον ἐν τῷ ναῶ. i. & post quadraginta annos administra-  
 tionem populi capessuit: & Samuelem qui in templo enutriebatur. Erasmus  
 autè Samueli tribuit id quod ad Mosem spectat. Paulo post, Frustrà gesserint.

Addo particulam negativam ex Nullij codice. Infrà: Nam Hieremias hîc illos reddit verecundos. Gr. ἀσωφρόνισεν. i. prudentiores reddidit, castigavit. Mox Istitis nullus apparuit adhuc in terris agentibus. Gr. πᾶ ἐν τῇ γῆ δώκθισιν. i. terrena consecrantibus. Erasmus ita vertit, quasi in Græco esset, ἐν τῇ γῆ ἀγνοῦσιν. Aliquantò inferiùs: Pulchrè hoc dixit, quandoquidè hoc esse profitebatur. Usqueadè sonitus illos reddiderat attonitos. Liber quo sum vsus, ita habet: καὶ γὰρ τὸ αὐτολόγητο. ἕτως αὐτὸς ἐποίησεν ὁ χριστός. Mihi tamen magis placet, ἐποίησεν ὁ ἦχος, vt Erasmus legisse videtur, ob id quod deinceps sequitur, vbi alludit Chrysostomus ad illud Dauidis, In omnem terram exiit sonus eorum, &c. Infrà adhuc: Vbicunque fuerit improbitas, vnum hoc duntaxat studet nempe dicere. Quid tandem? &c. Gr. ἢ γὰρ ἰταμότης ἐν ζητῆ μόνον, εἰπὲν ὅτι δήποτε, ἔχ ὅπως πὶ λόγου παρ᾽ ἡμᾶς ἐχόμενον εἶποι. Quæ verba meliùs reddidit apud Oecumenium Hentenius ad hunc modum: Improbitas nanque id vnum quærit, vt quoquo modo aliquid dicat, non vt rationale aliquid dicat, sed tantum vt dicat. Hæc enim postrema verba addo ex Nulliano codice. Ibidè: In tanta versantes desperatione. Gr. ἀθυμία, mœrore. Nam desperationis vocabulum Apostolis non quadrat. Mox: Hebetudini crapulæque rem totam ascribunt. Gr. τῇ ποιότητι, i. qualitati, non autem quantitati. Ibid. Vidēsne illic curiositatem, &c. Hæc sic fortasse rectiùs, planiùs quidem verti possunt: Vides illic sollicitudinem (κηδεμονίαν,) hîc animi fiduciam? Nam etiam si illi admiratione ac stupore affecti fuissent, an non tamen sic quoque mirandum fuisset in tam numerosa multitudine in verba prorumpere hominem illiteratū & idiotam? Paulo pòst, Apud hostes & vociferantes. G. φοιῶντων. i. eadem anhelantes. Infrà ead. Hom. Num irrisionibus & conuiciis præsentium succubuerunt. Gr. ἐχὲν γέλωτι καὶ θυμῷ καὶ χλευαστῶ ἐμάχοντο; An non cum risu & ira & suggillatione dimicabant? Mox: Alij etiam scommatis incessabant. Erasmus legisse videtur ἐχλεύαζον. Nullianus tamen liber habet ἐκόλαζον. i. cruciatu afficiebant. Quam quidem lectionem potius amplectendam puto. Non longè hinc: Aduersus principes, qui publicum in ipsos ius habebant. Gr. πῶ κατ' αὐτῶν ἐξουσίαν ἐχόντων πάντων. i. cunctis potestatem aduersus eos habentibus. Hoc enim vult Chrysostomus ea conditione Christianos tum fuisse, vt cuius eòs pro libitu vexare liceret. Proximè sequitur, Qui in Academia, Platonis & Aristotelis deambulationibus exercitati depugnant. Gr. κατὰ σκεπέντων. i. computruerant. Sed multo grauius est quod deinde sequitur: Et in Stoicorum porticibus fuerant occupati, &c. Græca enim sunt huiusmodi: καὶ ὁ παρὲν λίμνας ἠχολημδρος ἕτως αὐτῶν ἐπαρτήσεν, ὡς εἰδὲ εἰ παρὲν ἰρθῶς ἀγλώπης ὁ ἀγὼν ἰὼ αὐτῶ. i. Atque is qui in stagnis sese occuparat (i. Petrus) vsqueadè ipsos superauit, tanquam ei cum mutis piscibus certamè esset. Infrà, Obtegetis faciem, G. ἐγγαλίμαθε. i. pudore suffundemini. Aliquanto pòst: Quid hîc non est stultiloquij? Gr. ποίαι ταῦτα ἐμύας; id est, Qua mûsca hæc non digna sunt? Non longè: Demonstrantes ea quæ per nos facta sunt, meliora esse quàm nos ipsos. Sic rectiùs: quæ nostra causâ facta sunt, nobis ipsis præstantiora esse.

*Ammianum Marcellinum à Gregorio Naz. minimè dissentire in his  
quæ de Iuliani leuitate scribit. CAP. XXV.*

**C**V M Iulianum Imperatorem, qui ob nefariam à Christiana religione defectionem, Apostatæ cognomentū est consecutus, insigni quadam leuitate ac morum

ac morum inconstantia laborasse; Diui Gregorij Naz. testimonio competissem, non sanè potèram non vehementer mirari, quid esset, quamobrem contra eum Ammianus Marcellinus lib. 25. lentioris ingenij fuisse scriberet. Sic enim illic habetur: Lentioris ingenij: verùm hoc instituto rectissimo temperabat, emendari se, cùm deviaret à fruge bona, permittens. Quæ cùm primò legerem, mirabar equidem ei lentitudinem atque cunctationem à gravissimo Authore tribui, cùm leuitatem, hoc est, contrarium vitium, Diuus Gregorius vir summa sanctitate atque doctrina, plerisque locis obiiceret. At cùm locum illum Marcellini propiùs inspexissem, accuratiùsque perpendissem, statim ipsi cum Gregorio bellissimè conuenire reperi: atque id omne dissidij, quod prima fronte occurrebat, ex Librariorum oscitantia atque imperitia natum esse. Legendum enim est eo loco, leuioris, non, lentioris. Quam quidem emendationem ne quis, vt inani tantùm coniectura nixam, reiiciat, eam eiusdem Marcellini autoritate comuniam. Sic enim de Iuliano scribit lib. 22. Leuitatem agnoscens commotioris ingenij sui, præfectis proximisque permittebat, vt fidenter impetus suos aliorfus tendentes, ad quæ decebat, monitu opportuno frenarent: monstrabatque subinde, se dolere delictis, & gaudere correctione. Ex quibus verbis meridiana luce clariùs patet, submouendam esse vitiosam illam dictionem, lentioris, ac reponendam, leuioris. Vtrobique enim idem leuitatis vitium in impio illo fidei desertore notatur.

*Auoris censura de Socrate historice Ecclesiasticæ scriptore.*

CAP. XXVI.

CVM Socratem eum, qui Ecclesiasticam historiam literis mandauit, è Græco in Gallicum conuerterem, malè sæpenuerò animum meum habuit, quòd mihi cum eo authore rem esse perspicerem, qui Nouati perfidiam atque impium schisma sequi potius habebat, quàm Ecclesiæ fidem & vnitatem amplecti. Nihil enim libentiùs facit, quàm vt non modò oblata, sed etiam interdum quæsitâ occasione, in Nouatianorum laudem multa cõmemoret. Quinetiam miracula ipsis lib. 1. cap. 9. & lib. 7. cap. 17. tribuit: quibus tamen, quia nullius Scriptoris Catholici testimonio atque autoritate cõfirmantur, quantum fidei habendum sit, prudenti atque orthodoxo Lectori iudicandum relinquo. Quanquam non ignorem falsos quoque Prophetas interdum res miras & prodigiosas edere posse. Sed eas pietati ac vitæ sanctitati eorum, à quibus eduntur, assignare (vt hic, & in Eutychiano & in Paulo Nouatianis facit, quos & pius & θεοφιλῆς .i. Deo charos fuisse testatur) mihi nullo modo probari potest, cùm sciam Deo odio fuisse schismaticos omnes, ac falsi dogmatis assertores. Illud autem grauissimè atque indignissimè tuli, quod lib. 4. cap. 23. refert, eos à Nouati recenti dogmate suscipiendo abhorruisse, quos peccare ac vitii operam dare delectabat. Quod quidem dictum in Orthodoxos nimis cõtumeliosum est, dignumque profectò quod anathemate feriat. Quæ enim atrocior magisque execranda blasphemia excogitari potest, quàm dicere, Catholicos non alia de causa in eorum sententiam potius concessisse, qui Nouati dogma damnandum censuerant, quàm vt vitii suis liberiùs indulgerent? Sed & illud quoque iniquè ferendum est, quòd si quis pio zelo incensus Nouatianos acriùs infectetur, huius nomen existimationemque perstringere ac labefactare studet: sed ita obliquè, vt minùs perspicaci Lectori non tam dolori suo

atque iræ obfequi, quàm veritatis rationem habere videatur. Sic nimirum illum nunquam satis laudatum Chryfoftomū, quia Nouatianis Eccleſias quasdam ademerat (vt refert lib. 6. cap. 10.) idcirco eodem lib. cap. 3. & improvidū eum, & præpoſterè ſimplicem, & immodicè liberum, ac denique in familiaribus colloquiis nimis inſolentem ac faſtidioſum, fuiſſe ait: & cap. 19. plus iracundiæ quàm pudori dare conſueuiſſe. Eius etiam in exercendis inimicitiiſ acerbitatem, animique implacabilitatem notat eod. lib. cap. 10. & ſuperbiam ſub perſona Seueriani, cap. 14. Ac præterea, velut iam apertè Nouatianum ſe eſſe prædicans, cap. 17. non veretur dicere iſtam quibuſdam (hoc eſt Nouatianis) Chryfoſtomi damnationem viſam fuiſſe, quòd Nouatianis Eccleſias quasdam abſtuliffet. Quo etiam modo cap. 19. os illud impudens aurei oris homini hoc obſistere non dubitauit, quòd in quibuſdā concionibus contemnendam eſſe caſtitem ac temperantiam doceret. Ex quonam autem melle hoc venenum ille, tanquam aranea, traxerit, audi, nimirum ex hoc ſanctiſſimo dicto, Si millies lapſus pœnitentiam egeris, in Eccleſiam ingredi. Quæ quidem verba, velut hæreſim ipſius apertiſſimè iugulantia, vipereo mortu impetit. Eundem etiam in modum lib. 7. cap. 11. Romanorum Pontificum potentiam exagitat, quia cap. 9. ab Innocentio, & 11. à Zoſimo Nouatianis ereptæ quædam Eccleſiæ fuerant: quemadmodum item eandem ob cauſam iniquiorem interdum eod. lib. ſe præbet Cyrillo Alexandrinorū Antiftiti. At contrà, Deus bone, quàm mirificis laudibus Atticum Chryfoſtomi ſucceſſorem in cælum effert: penè vt præ illo hic nihil fuiſſe videatur! Quanquam equidem Attici laudibus non inuideo (nam & ex eo Theodoritus, vt erudito atque orthodoxo Antiftite loca quædam in Polymorpho citat) verum illud doleo, Socratem, cum in Atticum tam effuſus ſit, in Chryfoſtomo tamen, qui Atticum multis paraſangis præcedit, tam parcum ac malignum eſſe. Cur autem Attico tantoperè faueat, liquet ex eo, quòd lib. 7. cap. 25. eum Nouatianis haud aduerſariū fuiſſe ſcribit. Imò etiam illic, vnde ipſum laude afficere geſtit, hinc ei grauiffimam labem inurit. Nam præterquàm quòd nemini rectè de religione ſentienti probari poteſt, quòd Atticus beatum dicat Aſclepiadem Nouatianum Episcopum, quoniam præclarum munus 50. annos adminiſtraſſet, quis illud Apophthegma ferat, Nouatum laudo, Nouatianos laudare nequeo? Nam ſi verè hoc Atticus pronuntiauit (vix enim hoc de Catholico crediderim) certe, ne ſi Demotheſenes quidem reuiuifcat, eum à grauiffimi criminis nota liberare queat. Quid enim turpius, quid flagitioſius, quàm eum laudare, cuius nomen ob impiæ crudelitatis plenam hæreſim in infamia verſatur, ſempèrque verſabitur? Quòd autem ibidem ait, ſe, ſi tum extiſſet, idem facturum fuiſſe, quod Nouatus feciſſet, hoc eſt, eos, qui idolis cultum adhibuiſſent, minime ad communionem admiſſurum fuiſſe, ſi Socrates hoc falſò in eum non coniiicit, fanè ipſe non iam vt paſtor, ſed vt lupus, loquitur. Habes, Lector, quid mihi in Socrate animaduertendum videatur.

*Indicantur loca quædam, in quibus Eusebius parum orthodoxè ſentire videtur.*

C A P. XXVII.

**I**NTER ea ingenij monumenta, quæ nobis ab Eusebio Cæsariensi Episcopo relicta sunt, non postremum locum obtinet volumen illud, quod Demonstrationem Euangelicam complectitur. In quo tamè quædam interdū aspergit, quæ

quæ ἰσοχρονίον quiddam sonant, magisque Arriano dogmati fauere, quam Concilij Niceni decretis, orthodoxæque fidei astipulari videntur. Quocirca nequis imprudens ad huiusmodi scopulos impingat, fideique naufragium faciat, eos hoc Capite indicandos suscepi. Libro 4. cap. 2. Patris δημιουργία .i. opificium Filium vocat: quæ quidem vox planè improbanda est, vt quæ de rebus conditis tantummodò vsurpari soleat. Ibidè etiam ὑπερέτιω Patris (quemadmodù & ὑποουργόν lib. 6. in Præfat.) eum appellat: atque à Patre (πατρός enim legendum, non πατρός) suffectum fuisse, vt per eum, tanquam per organum quoddam omnia dirigerentur. Hæc porrò vocabula, vt Dei Verbi maiestate indigna, meritò semper à Theologis omnibus rectè sentientibus explosa sunt. Ac rectè colligit Nazianzenus in Orat. habita coram 150. Episc. hac ratione Filium nobis inferiorem futurum esse, siquidem nostra causa extiterit. Eodem modo lib. 5. cap. 1. secundam causam Filium vocat, & cap. 6. secundum Dominum. Et cap. 4. eum δευτερίων ἡξιστάτου .i. secundas honoris partes consecutum esse: & cap. 11. præstantiorem quidem ipsum esse omni Angelica natura, μέγιστον δὲ ἢ χεῖρ τὸ ἑρῶτον αἶπον .i. inferiorem prima causa. Quæquidem loquendi formæ Arrianilimum apertè olent. Vnde etiam interpret consulitò in hoc postremo loco ab Authoris verbis deflexit, vertitque, Profectus autem ab eo qui Pater est. Maluit enim à fidi interpretis officio recedere, quàm ea Latinè reddere, quæ ab Orthodoxa fide discrepabant. Illud autè durius, ac longiùs amandandum, quòd eod. lib. 5. cap. 8. Patrem Filij Deum ac Dominum esse dicit. Falsissima enim est hæc propositio. Dei quippe ac Domini vocabula, quemadmodum est apud Gregor. Naz. Orat. 2. de Filio, ex eorum numero sunt, quæ ad aliquid referuntur. Deus enim eorum ratione dicitur, à quibus colitur: & Dominus respectu eorum, qui ipsius dominio subiecti sunt. Quorum cum neutrum in Filium cadat (nam Deitatis ratione nec Patrem colit, nec ipsius imperio subiectus est) absurdum planè est, Patrem Filij Deum ac Dominum dicere. Arriana ergo censenda est huiusmodi propositio, qualis illa, qua impius Eudoxius conciones suas auspiciatus fuisse traditur, πατὴρ ἀσέβης, υἱὸς εὐσεβίης. Eiusdem farinae est, quod eod. lib. cap. 4. vnum solum verum Deum, quique propriè ita appelletur, Patrem esse ait: secundum autem, hoc est Filium, participatione duntaxat veri societatem cōsecutum esse. Ac paulo post, eum, post Patrem, tanquam Deum, honorandum esse, propter inhabitantem in ipso Deum. Quæquidem locutiones nihil minus quàm Orthodoxæ sunt. Quis enim æquis auribus accipiat, Filium post Patrem, ac non potiùs cum Patre colendum esse? Quis item, ob id demum colendum eum esse, quòd Pater in ipso habitet? Quis rursus id quod aliquanto post ait, eum solum propriè Deum dici posse, qui Deitatem à nemine acceperit? Quis denique illud, Filiū propter Patrem θεοποιεῖσθαι .i. Deum effici? Nec minùs reiiciendum est, quod cap. seq. eundem ὑποουργόν τῷ πατρός esse ait, ὡς ἑπιτελεωμένον τῷ μέγιστος δημιουργεῖν. quod tamen emollire studuit interpret, dum μέγιστος vertit, illius. Nam quod cap. 6. vbi nihilo magnificentius ac præclariùs de Filio loquitur, ex his Esaiaæ verbis, Dominus Dominus misit me, &c. inferiorem esse Patre Filium probare nititur, nullo modo ei assentiri possum. Ad diuinam enim naturam hæc verba refert, quæ de humana natura accipienda sunt. Etenim humanæ naturæ, ac non diuinæ respectu Christus eo loco Patrem Dominum appellat. Quin ne Christus quidem, vt annotat Basilii lib. 4. aduers. Eunom. vnquam in Euangelio Patrem Dominum appellat, sed Patrem duntaxat. Nec verò eod.

lib. cap. 17. ei magis assentiri possum, cum illud, Vt cognoscant te solum Deum verum, soli ingenitæ naturæ convenire ait, quasi vide icet Filio quoque ac Spiritui sancto non item convenire queant. Multo enim rectius & Basilius lib. 4. contra Eunom. & Nazianz. Orat. 2. de Filio, id dictum fuisse volunt ratione ac respectu falsorum Deorum, quales à Gentilibus colebantur. Postremo in Præfat. lib. 6. Filium, δευτέραν μετὰ τὸν πατέρα ὕστατον dicit: quod quidem à veritate apertissime abhorret. Vnde etiam interpres maluit ita vertere, alteram autem præter illum, & cum illo personam, quam Græca ad verbum reddendo, pravam atque à vero dissidentem sententiam exhibere.

*Emendantur loca quadam in eodem Eusebii opere.*

CAP. XXVIII.

QVONIAM ea, quæ aduersus Orthodoxam fidem facere videbantur, superiore capite ostendimus, nunc iam, quid in eodem Eusebii opere tam Græco quàm Latino corrigendum videatur, paucis indicandum est. Primum igitur, vt Græcis manum admoveam, lib. 1. cap. 6. in his verbis, ἀξιότιμον ἑπισημοτέρων ἰδέα συμβόλων τὴν κατ' αὐτὸν ἰρησικίαν ὅτι τελεῖν νομοθετίας, haud paulò lubentius ἢ ἀξίω legerim, quàm ἰδέα. Cap. 10. vbi habetur, ἐδ' ἀθροπίνων κεκλιμηθῆν, καὶ ἵεσαν δ' ὅτι πίνον, quin ὅτι πίνον legendum sit, equidem minimè dubito: quemadmodum etiam legit interpres. Sed & eodem, hoc est ultimo cap. in his verbis, ἀμαρτία ἐστὶν ἡ ἀμαρτωλῶν τῶ κόσμῳ, κατὰ τὴν δὲ ἡμετέραν ἐπισημοτέρων πάνσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ Μωσέως νόμῳ, apertissime liquet, ante ἐπισημοτέρων negatiuam particulam collocandam esse. Alludit enim ad illud Scripturæ, Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in Lege: atque Christum hanc execrationem ab iis sustulisse, qui à Legis Mosaicæ iugo ad Euangelicam vitam sese transfulerant. Iam lib. 3. cap. penult. quis non hoc facile mihi concedat, vt in his verbis, νόμοι ὅτι πεπεπνημένοι πάνσι ἐκ νόμου καὶ ἡμετέρας διατάξεις, ἀναπεπνημένοι potiùs legam: cum de sanctissimis Christi legibus sermo habeatur. Quis non item illud, vt in ultimi capitis fine, non nihil hæc verba immutem, καὶ ἡμετέρας φρονεῖν ἀρχαῖς, ac legam καὶ τὰ ἡμετέρας, cum hic de Christianis Eusebio sermo sit. Sed & aliud mendum est in lib. 4. cap. 6. quod ab interprete minimè animaduersum, erroris ansam ipsi porrexit. Secutus enim Græcum codicem, qui habet, ἐδένα τῶν ὅτι ἡμῶν μὲν ἐστὶν ἀξίω φθρον, sic vertit, num liberum sit atque indifferens earum rerum, quæ ad terram pertinent, cuius permancere: cum tamen minimè dubium esse possit, quin ita potiùs vertendum fuerit, Neminem mortaliū interitus expertem fore. ἀξίω φθρον enim in Græco legendum est, vt sensus ipse manifestissimè ostendit. Nam quod eod. lib. cap. 15. hæc verba, ἔλαμον δὲ τὸν οἶκον ἐν τῶ τοῖς ἀκούει, negantem particulam desiderent, extra controuersiam esse puto. Ac ne illud quidem mihi excuti potest, quin seq. cap. in explicatione loci illius 1. Reg. Ecce dies veniunt, error etiam in Græco obrepserit. Vbi enim habetur, ἐστὶν γὰρ τὸ πᾶσι τῆς τῶν βρωμάτων ἀξίω φθρίας, καὶ τὰ πᾶσι ἐορτῶν καὶ σαββάτων νενομιστημῶν, &c. pro ἀξίω φθρίας, legendum ἀξίω φθρίας. Neque enim lex vetus ciborum ἀξίω φθρίας habebat, sed discrimen ac delectum. Iam lib. 6. cap. 20. quin τοπικῶς ὅτι πίνον μέρει τῆς τῆς ἡμῶν legi debeat, non, τοπικῶς, vt excusum est, clarius est, quàm vt demonstratione indigeat. At verò cap. 24. in his verbis, ὡς καὶ Ἱερουσαλήμ πᾶν τὸ θεοσεβές τόπος, vulgatam lectionem retineo. Neque enim

enim hic necesse habuit interpres *πολίτευμα* emendare (vertit enim, pium ac religiosum civile institutum) cum *πίπισμα*, id est *πίπος*, huic loco rectius quadrer. Reliqua errata emendatu perfacilia sunt, nempe lib. 7. cap. 4. *ἀρετῶς θεῶ βιωῶσα*, non *ἀρετῶς*, vt in libris editis. & pag. 232. *ὅτι δ' γενέσταις*, non *γενέσταις*, & pag. 292. *ἐναγέστατος*, non *ἐναργέστατος*. Nunc ad Latina veniamus, quæ sanè in editione Basiliensi plerisque locis valde corrupta sunt. Nos ea, quæ Authoris sensum perturbant, breuiter ostendemus, ac corrigemus. Lib. 1. cap. 6. vitiosè legitur, simulacrorum cultu introducto, pro interdicto. Et paulo post, In patre, pro, in parte. Lib. 3. cap. 6. pro, euidentibus rebus, omnemque aperientibus rationem, lege, operientibus sermonem, G. *καλυπτότων*. i. vt sæpe Chrysostomus loquitur, *ὑποκαλυπτότων*. i. superantibus. Cap. 7. in his verbis, Romanum imperium euasisse, lege, inuasisse: vt etiam lin. sequenti, nulla mercede, pro, vlla. Vltimo capite, pro, Lyciam, repone, Libyam. Lib. 4. cap. 10. pro, indigenti, lege, ingenti. Cap. 15. pro, Princeps factus, particeps factus. Et sub finem, confessor, non, confessor. Lib. 5. in Præfat. pro, omnia, lege, omnia. Ac non multo post, pro, Nanque homines quiduis à Diis, &c, emenda, quibus à Diis. Cap. 5. interitionibus legendum, non, interioribus. Et paulo post, Concordat sacrum, non, concordia. Lib. 6. cap. 1. pro, contradictionem, lege, contractionem, G. *ὑποσολιῶ*. Cap. 2. pro, vultus, vult is. Cap. 15. qui ruffo inuehitur, adde, equo. Cap. 16. lege, quæ disposuit, non, quas disposuit. Cap. 18. lege, extremum pertulit casum, non causam. Cap. 20. lege, quodumve regum, non regnum. Et paulo post, Domino præsentē. Hæc sunt quæ in Basiliensi editione carptim emendauimus. Reliquum est, vt loca quædam, in quibus Donatus interpres Eusebij mentem non satis assecutus fuisse videtur, in medium proferamus. Lib. 1. cap. 5. hæc verba, *τίς ἄν ὁ διλάμενος εἴη πλεῖν τῶ πρὸς ἡμῶς μετὰ τὴν πατέρα κριολογοῦντος θεῶ λόγου*, Latine sic reddita sunt, Quis tandem hic, qui sic visus est, alius fuerit præter Dei Verbū, quod seipsum ad tempus de propria magnitudine demiserit, vt alibi quoque dicendum est. Quam autem hæc cum Græcis consentiant, viderint, qui vtriusque linguæ cognitione præditi sunt. Sic autem potius vertendum erat, Quisnam autem alius esse queat ille qui hîc significatur, quàm Deus Verbum, qui à nobis post Patre Domini vocabulo appellatur? Cap. 6. *ὡς εἶναι τὴν χεῖρὶν Ἀβραάμ ἐν ἑλλεν τῆς ἐκείνης τῆς ἀρχαιοτάτης τῆς Μωσαϊκῆς χρόνῳ εὐσεβῆς πολιτείας*. Donatus, Ne Testamentum nouum aliud esse putemus, quàm antiquissimam illam Mosai-corum temporum coniunctam civilem rationem. At hoc loco non animaduertit Superlatiuum Comparatiui loco ab Eusebio vsurpatum fuisse. Huc enim toto hoc capite tendit, vt ostendat eam vitæ rationem, quam Lex Euangelica præscribit, eandem esse cum illa, quam antiquitus, atque ante Mosai-cæ legis tempora, piij viri sequebantur: quemadmodum ostendit ex eo vitæ genere, quod Iob profitebatur. Non longè infra, de Mosis lege loquens, *αὐτοῖς δὲ τοῖς τῶ Ἀβραάμ ἐσπορόσις, μὴ οἷοις τε εἶσιν ὁμοίως τοῖς πατέροσι χετοροῦν, τὸν ὑποσεβηκοτον χεῖ ἀπὲλῆ βίον παρεδίδου*. i. Ipsis inquam ortum ab Abrahamo trahentibus, vt qui non iam æquè ac maiores sui omnes virtutis numeros absoluere possent, inferiorem atque imperfectam vitæ degendæ rationem tradebat. Donatus autem sic vertit: Ipsi Abrahamæ nepotibus, & ab eo ortum trahentibus, qui non quemadmodum ipsi patres suam quæ subsecuta est inferiorem vitam suam dirigere poterant, tradita est. In quo idcirco fallitur, quòd *χετοροῦν* iungit cum *βίον*: quod tamen hîc absolutè legendum est. Nam acusatius ille

perspicuè ad verbum *παρεδδου* referri debet. Sequitur mox in Græco, ἀφίτη μὲν αὐτὸς ὁ Μωσῆς τῆς ἀγίου πολυθείας, ἀπὸ δὲ ἐπιτὸν πᾶσαν δημιουργὸν θεόν, τῶν αὐτῶν βαρῶν εὐσεβείας, ὡς ἐν εἰσαγωγῆς καὶ προσφῶν τῶν πελαγίων προσεβλημένος. Quæ postrema verba ita transtulit Donatus: perfectiorum illorum vitam quasi in ingressibus & vestibulis pietatis obiticiens. Ego verò sic: primum illum pietatis gradum, velut in perfectionis vitæ elementis ac vestibulis præstruens. Neque enim hoc vult Eusebius, Mosem perfectissimam illam præcorum hominum vitæ rationē Israëlitis proposuisse, sed eos ad illam, quasi gradibus quibusdam prouehere studuisse: quorū primus in eo situs erat, ut eos ab impia Deorum multitudine abductos ad veri ac sempiterni Dei cultum conuerteret. Sed & vlt. cap. eiusdem libri, vbi rationem reddit Eusebius, cur Legis Mosæicæ tempore animantia Deo in sacrificium offerrentur, non satis commodè hæc verba transtulit Donatus, τῆς σφῶν ψυχῆς ἀντίψυχα προσκομίζοντες, ut suæ ipsorum animæ sacrificium illud comparantes. Sic enim potius hæc verti debebant: pro animæ suæ piaculo eam offerentes. Confimilem in modum lib. 3. cap. 3. in fin. hallucinatus fuisse videtur in his verbis, ἐξ ἡμεῶν ἀφελόμενοι. Vult enim Author Porphyrium & Apolloniū Tyaneum, alioſque huius generis, multa à Christianis suffuratos esse, ut qui Christi temporibus longè recentiores extiterint. At interpres ita vertit, ac si in Græco esset ἀφελόμενοι. Quemadmodum etiam cap. 6. in interpretando labitur, dum sub finem capius non animaduertit hæc verba, τῆ λογικώτερα μεθ' ὧν ad verbum ἵπτιθέσθαι referenda esse. Sic etiam cap. seq. τὸν ἐν νεκροῖς θεολογῶν, vertit, de eo qui mortuus esset, nouam Theologiam proferre. Ego autem ad hunc potius modum, eum, qui mortem obierat, Deum asserere ac prædicare. θεολογῶν enim hoc loco nil aliud significat quàm θεὸν λέγειν. Cap. vlt. ξεροφωνεῖσθαι transfert, aliena lingua vti: cum potius de his vocabulum istud vsurpetur, quorum auribus res quædam nouæ atque inusitatæ ingeruntur. Quales tum erant illi, apud quos primū Apostoli de fide Christiana orationem habebant. Iam, lib. 4. cap. 9. hæc verba, τὸ οἰκείας λήξεως ἀποπεπῶχαι, vertit Donatus, proprium vocabulum amiserunt. Ego autem, propriam sedem. De malis angelis Author loquitur, qui sede sua exciderunt. Lib. 5. non longè ab initio, ποια δὲ τὰ περὶ τῆς ἀφροσύνης γενόμενα; i. in vsu atque consuetudine posita erant. At interpres ita: Qualia verò quæ de humanis victimis feruntur censenda? Quemadmodum etiam linea seq. vertere maluissimè, Ecce tandem rei malæ absurditatis exuperantiam reliquerunt: quàm ut ille vertit, Num igitur vlla re praua locum nouæ absurditati reliquerunt? At illud grauius, quòd aliquantò post, hæc verba, ἐδὲς τοῦ αὐτῶν πῶποτε ἐπι τοῖς εἰρημῶν, ὡς ἐπ' ἀκολάτοις καὶ μηδὲ σφόδρῶν αὐτῶν ἀμύζουσι φρονεῖν ἢ λέγειν τὰ τοιαῦτα, ἀναγκαστικῶς φαίνεται, ad hunc modum transtulit: Certè nunquam eorum quisquam se contra homines indignatione correptum esse ostendit, quòd qualia à nobis dicta sunt, talia ipsis, aut cogitando, aut dicendo, quasi nequitia plena, neque vlla modestia referta tribuerent. Sic enim aptius fortassè reddi possent: Nemo quippe eorum ob ea quæ dicta sunt, tanquam, ob libidinosam atque obscenam, & quæ ne de pudicis quidem hominibus sentire aut loqui par sit, indignatione commotus fuisse videtur. Et paulò inferiùs, καὶ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτῶν προσφῶνται, πᾶν ἄλλο μὲν, εἴπου τι τῶν ἐφημέρων ἐξήτῆτο, καὶ τὸ τῶν ἀλλοτρῶν πῶς ἐρωτῶσι, τὸ δὲ κεφάλαιον τῆς προσφῶντικῆς αὐτοῖς ἐπι μεγάλοις σιωπελεύτο. i. Eodem quoque modo Prophetæ, qui post ipsum extiterunt, obiter quidem, si quid eorum quæ ad quo-

ad quotidianum vitæ vsum pertinerent, ab his quæreretur, id quoque sciscitantibus prædicebant: at Prophetiæ ipsorum cardo in rebus magnis versabatur. Neque enim placet Donati versio: Ad eundem quoque modum etiam Prophetæ, qui post illum extiterunt: Caterùm extra propositum existimetur, si quid eorum, quæ in diem quæri solent, &c. Cap. 1. δύο γ' ἀγίας ἀγέννηται εἶεν, τὸ πρῶτον ἐκ πατρὸς, καὶ τὸ δεύτερον ἐκ τοῦ πνεύματος ἁγίου. Donatus: Sic sanè duo ingenta essent, vnum quod proiecisset, alterum quod proiectum esset. Mallem, vnum quod produxisset, alterum quod productum esset. πρῶτον enim, cum de Patre dicitur, emittere, vel, producere verti debet, non, proicere. Neque enim aptè dici potest Filium à Patre proiectum fuisse. Ac ne quidem, nisi rarissimè, πρῶτον dicitur Filius. Nam illud propriè Spiritui sancto tribuitur: quemadmodum & ἐκπορεύεται. Nam Filio γέννησις & γεννάεται peculiariter tribui cõsueverunt. Cap. 9. οἱ γὰρ τῷ Ἀβραάμ ἑπισημαίνοντες ἐπὶ γραφῆς ἀνακείμενοι δύο ἰδοὺ ἐκπετέροντες, μέσος δὲ ὁ κρείττων ὑφ' ἑαυτῶν ἐν πνεύματι. i. Hi qui ab Abrahamo hospicio excepti sunt, sic in pictura prostant, vt duo quidem vtrunque existant, medio autem loco sublimior atque honore præstantior. Nam hoc loco perspicuè labitur interpres, dum ita vertit, Qui enim ab Abraham hospicio suscepti sunt, vt habet Scriptura, recumbentes erant, &c. γραφὴ enim hic picturam, non Scripturam significat. Vult enim Eusebius apparitionem illam, quæ olim Abraham contigit, suo etiam nũ tempore depictam cerni. Cap. 20. ἡμεῖς γὰρ ὁδοῦ ἄλλως τὰ αὐτῶν φανερὰ συνίσταται, &c. Donatus, Nos enim non aliàs hæc dicimus extitisse. Ego: cohærere, vel, confirmari. Aliquantò inferiùs, ὡς ἔφιλιππος ἀφ' ἑαυτῶν χερσίν. i. aded vt etiam charissimi manus inter se conferent. Gall. de façon que les plus grands amis en vindrent iusques aux couteaux. Donatus vertit, aded vt etiam charissimos sibi gladiis transfigerent.

*Duo loca in eodem Eusebij opere, ab Interprete omiffa, Latine redduntur.* CAP. XXIX.

**A**NTE QVAM ab Eusebio discedam, duo loca supplerè libet, quæ in interpretatione Latina prætermiffa sunt. Etenim lib. 5. cap. 3. post hæc verba, æternumque Patris sacerdotem, hæc ex Græco addenda sunt. Primum igitur aduerte, quod bis iam genitus à Deo fuisse dictus est. Ac quoniam Prophetarum vaticinia diuino spiritu nobis dicta fuisse credimus, vide an non ipse Spiritus sanctus, qui in Prophetia est, sui ipsius secundum Dominum post vniuersorum Dominum appellet. Dixit enim, inquit, Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Sanè Hebræi primum Dominum, vt generatim omnium herum, ineffabili vocabulo, quod quatuor literis constat, appellabant. At secundum non ifem, sed propriè ipsum Dominum nominabant. Ac proinde merito Saluator ac Dominus noster Iesus Christus Dei, cum aliquando à Pharisæis quæsiuisset, Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est? dixissentque, Dauid, subiunxit, Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis? propemodum scilicet vocem eam exponens, vt quæ ipsum non modò Dauidis dominum prædicaret, sed etiam spiritus illius, qui in Propheta versabatur. Quod si propheticus hic spiritus, Spiritus sanctus esse à nobis creditur, hunc certè Dominum esse confitetur, quem patris confessorem esse docet. Nec verò absolutè, sed sui quoque ipsius Dominum eum dicit. Quanto ergo magis hoc dixerint ratione

ac mente præditæ potestates, quæ Spiritu sancto inferiores sunt, atque omnes, tam quæ in corporibus cernuntur, quàm quæ corpore vacante, creaturæ, quarum omnium optimo iure Dominus esse demonstrari queat is, qui solus eodè quo Pater subsellio sedet, per quem omnia facta sunt? quandoquidem, ut ait admirandus Apostolus, in ipso condita sunt omnia, tam quæ in cælis sunt, quàm quæ in terra, siue visibilia, siue inuisibilia. Quare consensaneum est eum solum paternæ similitudinis prerogatiuam habere, quippe qui etiam solus cum Patre confidere declaratus sit. Ex quo illud perspicuum est, nulli eorum quæ genita sunt, fas esse omnipotentis imperij ac regni dextram sortiri, præter eum unum, qui variè ac multipliciter, per ea quæ antè diximus, Deus prædicatus est. Hæc sanè à Donato Veronensi cõsultò præterita fuisse suspicor, quòd hinc Spiritus sancti maiestatem nimium imminui deprimique cerneret. Quoniam enim modo Spiritus sancti cum Filio æqualitas constabit, si eum Dominum appellet? Quis autem non videt, quàm detortè hæc verba exponat Eusebius, Si ergo David in Spiritu eum vocat Dominum: quæ cum perinde valeant ac si dixisset, Spiritu sancto afflatus, ille tamen hinc colligit, ipsummet Spiritum sanctum Dominum suum Filium appellare? quò nec falsius, nec absurdius quicquam cogitari potest. Ego vetò hunc locum eo nomine vertendù duxi, ut Lector intelligat, meliorem sibi in Trinitatis materia cognoscenda doctorem quærendum esse, quàm Eusebium. Hic enim & Patrem Dominum Filij, & Filium Dominum Spiritus sancti apertè asserit. quod quidem credere, quid aliud est, quàm horrendæ impietatis crimine se astringere? Sed iam ad alterum locum veniamus, in quo quædam transiit interpretes. Is est lib. 7. cap. 1. cuius initium tale esse debet. Incredulitatis Iudaicæ gentis in Christum prædictio, signumque quod ipsis à Domino dabatur. Erat autè huiusmodi: Virgo Deum gignens, ob cuius ortum omnimoda Iudaicæ nationis eversio prædicebatur: & quo pacto alienigenæ & hostes terram eorù occupaturi erant: & quo modo ea quæ priùs deserta erat, diuinum cultum consecuta, vberes fructus allatura erat: sic videlicet indicata Ecclesia, quemadmodum diuinus Euangelista, &c.

*D. Augustini locus illustratus.*

CAP. XXX.

**C**VM Valerius Hipponensis Episcopus D. Augustinum ad munetis sui administrationem socium atque adiutorem ascuisset, idque ille animo permolesto ferret, plerique, ut ipse Epist. 148. testatur, multis sermonibus, qui ad ipsius vulnus non pertinerent, dolorem ipsius bono animo consolati sunt. Quinam autem hi sermones essent, qui ad sedandum ipsius dolorem nil afferrent, cum ipse subticuerit, in obscuro apud omnes esset, nisi Posidonius, qui ipsius familiaritate atque contubernio per diu usus est, nobis eos declarasset. Sic enim in eius Vita scribit: Vbertim flebat Augustinus Presbyter factus, nonnullis lachrymas eius, ut nobis ipse retulit, tunc superbè interpretantibus, & tanquam eum consolantibus, ac dicentibus, quia locus presbyterij, licet ipse maiore dignus esset, appropinquare tamen Episcopatu: cum contra songe alia de causa fletet. Hæc ergo erat præpostera illa cõsolatio, quam significabat Augustinus in ea Epistola, quam proximè citauimus. Sic enim cum eo quidam agebant, quasi ipse se non ad altiorem dignitatis gradum euectum fuisse doleat: cum contra pro singulari quadam eximiâque humilitate, ne eo quidem gradu, in quo collocabatur, dignum se censeret. Quod autem isti falso ac temerè

temerè de Augustino suspicabantur, idem antè nonnullis in eadem causa de Gregorio Nazianzeno suspicari contigit, quemadmodum ipse refert in Apologetico, vbi ostendit, omni procreata naturæ amplissimum decus esse, vel tantulum ad Deum appropinquare.

*Corriguntur multa in libro Theodoriti de Questionib. Scripturæ.*

## CAP. XXXI

**E**X T A T eruditus profectò liber Theodoriti, in quo multæ Scripturæ quæstiones explicantur. Quem cum plerisque locis deprauatum offendissem, atque ea tantum errata colligere vellem, quæ vel interpretem fecelissent, vel non nisi ab eruditioribus animaduerti possent, de amici cuiusdam consilio sententiam mutavi, qui me admonuit, vt iis quoque consulerem, qui non eos in literis Græcis progressus fecissent, vt per se ipsi maculas, quamlibet perspicuas, deprehendere ac delere possent. Sic tamen negotium temperabo, vt quæ faciliora sunt, velut digito tantummodò indicem: ne quis nasutus me in rebus minutis, tanquam in mustaceo, laureolam quærere cauilletur. Nam in reliquis, vbi emendationis ratio interdum reddenda est, eadem breuitas à me præstati nec potest, nec debet. Quæst. 6. in Gen. lege ἐγκόσμιον. 7. νεσργεῖ τὰς ἀπρώτους. ibid. εὐπετές. 8. ἐξενθὲ δὴκοντος. 20. ἀπὸ τῆς λαλῆς. 21. λείπειν ἐπ. Ibid. 101. μίσειν ἔθος. 29. ἐγκόσμιον. 37. ἀφ' ἐφ' ἑρὸντος. Ibid. πρὸς εὐλόγησιν. 62. ὑποπίον. 69. καταποφέντας. Ibid. καταποφέντας. 71. τὸ λόγῳ τὸ ἔργον. Ibid. ἦδει γὰρ. 83. ἐν δυοσεβείᾳ. 100. καὶ κείνοι τὰ αὐτὰ. 105. χλίνας. 109. ἐπ' ἐχάπων. Ibid. παρ' ἐπίων. Ibid. δίνας οἱ παῖδες. Ibid. νεμεσᾶ δέ. Ibid. διεσπάρμυρον. Ibid. ἐξήλθε τὸ βίβ. Ibid. ἀπέχοντο. In Exod. Quæst. 12. Σπινόα χρωμύνη. vers. seq. νεανιουμύνη. Ibid. ὡς εἰ φύσι. Ibid. ἔδει μὴ γενέσθαι. Ibid. ὀπιμορούτις. Ibid. ἀλλόφυλοι non vacat, vt Picus suspicatur. 14. αὐτῶ τὴν σφειτομύνη. Ibid. τὴν ὁμόζυγα. Ibid. σιωιδεῖν πεδίων. 24. τὸν ἀμομον. 29. ἀπὸ τῆς ἀμύνης. 36. πολλὰ μὴ μίλλον. 44. λίθων ἐργασμύων. 52. ὡς εἰς ὁ. 55. αὐτοχέδιος. In Leuitic. Quæst. 1. τῆς δυσδαιμονίας. Ibid. ἀγίραον. 11. ἔργον δ' ἀξιεπαίτων. 22. καὶ κλήρον διελεῖν. 30. ὑγιὰ γὰρ εἶναι δέ, καὶ τῆς. 36. ὡς εἰς γίμ. In Num. Quæst. 3. οἱ μὲν ἱερέοντες. 6. εἶσα τῆς ἀδύτων. 20. πρὸς ἡρῶν. 21. ὅτι ἐκ τῆς φύσεως. 45. ὑοὶ δὲ τῆς Σηθ. In Deuter. Quæst. 4. καὶ τῆς θεομηνύων. 6. τὸ ἀγίρας. 16. ὑποκρινόμενοι. 26. ἀργεῖσαντες. 34. ἀγρίαι. 43. συγνώμης. In Iosue 8. ἐπηρεῖσατο. 9. λήσθη. In Iudic. 6. ἐπὶ τῆς ἐπιήσασα. 15. πεπωκῶτων. Ibid. σιυτοτόμης ἐνός. 16. οἱ γὰρ τῆς Γεδεών. Hæc, quia perfacilia erant, indicasse tantum satis fuit. Nunc, quæ non ita prona sunt, quin interpretem quoque magna ex parte in fraudem induxerint, in medium proferamus. Quæst. 19. in Genes. καὶ ὡρατον τὴν βαβυλὸν τὴν ἀμυρίας πρὸς τὰς (sic enim lego, non πρὸς τὰς) i. Ac primum consiliū creationi anteponeus. Neque enim interpres hoc loco Græcorum verborum sensum expressit, dum ita vertit, ac primum creationis consilium inuendo. Vult enim Author, Deum in procreando homine, non simpliciter dixisse, Fiat homo, quemadmodum in reliquis rebus condendis fecerat, sed velut deliberationem quandam prius adhibuisse, cum dixit, Faciamus hominē, &c. 20. quæst. ἐκάστη τέχνη καὶ τῆς ἄλλων τεχνῶν ἢ οἰκίαν ἐνάρξεται χεῖρας. Vbi certè nullo modo dubito quin pro ἐνάρξεται legendum sit ἐρανίζεται. i. mutuatur. Nam etiam eadem phrasi vtitur lib. 4. de Prouid. βλέπε τὰς τέχνας ἀπάρας παρ' ἀλλήλων ἐρανίζονται τὸ χεῖρισμον. Aliquantò post, λέγω δὲ τὸ μετὰ σαφῶς ἀποφθεγγομένων. i. vt vertit Picus, de his intellige qui aperta locuti sunt. Vbi videlicet

μετὰ omisit, quia nihil ex hac voce elicere poterat, quod ipsius iudicio satisfacere. Ego verò existimarem pro μετὰ, μέτᾳ reponendum. Hoc enim velle videtur Theodoritus, eos qui χεῖ τὸ νοερόν, hominem ad Dei imaginem conditū fuisse volunt, mediū quodammodo locum tenere inter eos, qui χεῖ τὸ ἀρχαῖόν, & eos qui χεῖ τὸ λογικόν, imaginem eam intelligendam esse sentiunt. Nō multò post, in his verbis, ἔ μιν ἔδδ τὸ ἀρχαῖόν. καὶ γὰρ τὸ τοιαύτως ἀσθένεισιν ὁρᾶσθαι δυνάμεσιν, ut ad ferrum medici in membris insanabilibus, ita etiam interpretes ad obelum confugit, atque hæc verba confodit, ὁρᾶσθαι δὲ ὁρᾶσθαι. Ego verò nihil hīc necesse esse amputare arbitror: sed tantū coniunctè legendum vocabulum, quod disunctè legitur, nempe ὁρᾶσθαι. Sic enim perspicua erit sententia. Versu autem sequenti, post ὁ, addendum γὰρ. Quæst. 26. in fine, τὰς τῶ σωειδδῶτος κελίας ἐδέξαντο. αἰτίας lego, postulante sensu. Atque eodem modo, Quæst. 27. perspicue hoc sensus exposcit, ut in his verbis, καὶ πῶς οἴοντε ἴω τὸς λόγῳ πεπιμηδύς, καὶ κατ' εἰκόνα θείας γεννημύς, μὴ ἔχειν ἀσθένεισιν ἀγαθῶ καὶ κακοῦ; Quo etiam loco non placeat, quod interpretes λόγῳ πεπιμηδύς, vertit, colloquio divino dignatos, cū λόγος hīc rationem significet, qua à Deo ornati fuerant primi parentes. Quæst. 28. πολλῶ δὲ καὶ τὸ ἔθος ἀφαιρέται τῶν τῶν ἀσθένεισιν. Lege πολλοῖς, & apertissimus erit sensus. Quæst. 39. ἔπω δὲ ἐδέξιν πταγμύς. Hīc non metuo ne quis mihi succenseat, si pro πταγμύς, quod nil planè ad rem facit, πεπιμηδύς reponam. Etsi alioqui non me fugiat πεπιμηδύς potius dici solere. Quæst. 40. ἰατρεία τοῖνω ἔ θάνατος ἢ πτωεία. Scio quidem hanc lectionem defendi quoquomodo posse, sed tamen illud dissimulare nequeo, quin mihi aptior lectio videatur, ἰατρεία τοῖνω ὁ θάνατος, ἔ πτωεία. i. Medicina itaque mors est, non pœna. Nam & eodem modo de eadem re loquitur Nazianz. κερδαίνει μέντοι κἀνταῦθα τὸν θάνατον, καὶ τὸ ἀσθένεισιν αἰτίας ἀμαρτίας, ἵνα μὴ ἀθάνατον ἢ πτωεία καὶ γίνεται φιλανθρωπία ἢ πτωεία. Quæst. 45. vbi affertur causa, quamobrem Deus Abelem obruncari permiserit, ἵνα, inquit, τῇ ἀσθένει τῇ τῶ μιν ἔσω μιν ἀσθένεισιν. Quo loco pro ἀσθένεισιν legendum esse ἀσθένεισιν, perspicuum est ex his quæ postea sequuntur. Neque enim ea nisi ad Abelis eadem referri possunt. Quinetiam, ut dicam quod sentio, aliquid mihi desiderari videtur, quod ad Enoch quoque referatur. Vt cunque sit, in Latina versione, pro, prædicatione, eadem ponendum est. Quæst. 47. ἔσθ' ἀγγέλων λελατρωκότων αὐτῶ μὴ κολαζομύς. Hīc pro ἔσθ', cum interprete lego ἔσθ', modò sensus explendi causa post κολαζομύς addamus, αὐτοὶ κολάζονται. vel, si quis ἔσθ' retinere malit, κολαζόμενοι. Quæst. 53. δίδει γὰρ ἅπαντα καὶ αὐτῶ τῶ τῶ ἔσθ' οὐρανῶν. Ac totidem verbis interpretes, Reformidant omnia animalia etiam ipsam cæli vmbra. Atqui vel ipsa luce clarius est pro ἔσθ' restituum esse ἀσθένεισιν, cuius tanto metu affici animantia omnia Theodoritus ait, ut vel ipsius vmbra extimescant. Quæst. 56. causa hæc affertur, quamobrem Noe ob temulentiam, in quam inciderat, minimè in crimen vocatus est, ἐμπειρίας ἴω οὐκ ἀκρασίας τὸ πάθος. i. ut Picus reddit, ab experientia proficiscebatur hæc passio, non ab intemperantia. Ego verò hīc sponsonem facere ausim, ἀπειρίας legendum esse, non ἐμπειρίας. Vult enim Author, cum non ex intemperantia in temulentiam prolapsus fuisse, sed quòd vini nondum antea periculum fecisset. Sed & eadem quæst. in his verbis mendum irrepsit, τῶ ἔσθ' ἢ μέθῃ πτωεισιν πτωεισιν ἢ γνάστωσιν ἢ αἰτίας φθέρει. Sic enim legendum esse sensus ostendit τῶ γνάστωσιν πτωεισιν φθέρει. i. ad somnū ebrietas accedens, probabiliorem denudationis causam affert: non, ut Picus,

Græci codicis errorem securus, cognoscendi facultatem adimit. Quæst. 58. *προς δὲ τοῖς σκοπιωτέον καὶ κείνο, ὡς εἶκος ἐδέξατο τὴν ἀγῶν, &c.* Ego pro *εἶκος* lego *εἰ Χάμ*: sãmque Rationem comprobaturus opinor, qui hunc locum attento animo expendierint. Hanc enim rationem affert, cur Noë nepotem suum Chanaan potius quàm filium Cham diris subiecerit, quòd si filium ipse execratus fuisset, in totum genus huiusmodi execratio fluxisset. Quæst. 62. hæc verba, *ἐπειδὴ δὲ κρείττων ἴω, &c.* ita reddidit interpres, vt sensum Authoris peruerterit. Sic igitur transfero: Quoniam autem, vt verisimile est, Pharaone præstantior erat Abimelech, illi quidem flagitium suum per castigationem ostendit, huic autem & supplicij & delicti veniam ipse minimè concessit, verùm expectauit, vt qui iniuria affectus fuerat, hanc peteret. Atque hæc in Græco, legendum *παιδείας*, quemadmodum etiam paulò post, *ἡμέρας*, vel *ἡμέρας*. Quæst. 66. *ἢ γὰρ ἴνα ἡδύπαθέα δὲ δέωσι, ἀλλ' ὅπως αὐτὸς (sic enim lego) φύσῃ, αὐτῇ δὲ (sic enim lego, non αὐτοῖ) θεῶν κληθεὶς γενήτορες .i. non vt voluptati seruiret, sed vt ipse natura, hæc autem adoptione, parentes ipsius vocarentur. Rationem affert, cur Abrahamus cum Agar ancilla congressus sit. At interpres codicis Græci vitio deceptus, ita transfudit: non vt voluptati inseruiret, sed amborum naturæ confuleret, ipsiq̃ue reipsa vocarentur genitores. Quæ verba quantum ab Authoris mente discrepent, referre nihil attinet. Certè θεῶν reipsa vertere, est, quid θεῶν hæc significet, parum intelligere. Versu seq. dele *ἴω*, & pro *γαλαχίας*, *μεγαλαχίας* lege. Quæst. 76. *τῷ ἀκαυχίον αὐτὸν περὶ κληθεὶς ἀφθονία*. lege *περὶ κληθεὶς*. Quæst. 88. in initio, *ὡς περὶ ἡγάγε τοῦ μὲν παιδοποιῆσαι ποθῶν, &c.* Quo loco interpres ἡγάγε τοῦ ingulat: ego verò retinenda censeo, modò in vnam vocem coalescant ἡγάγετο, subaudi Liam & Sarram. Itaque sic verto: Quemadmodum procreandorum liberorum desiderio vxores quidem duxit, nec tamen gignendorum liberorum spem in matrimonio positam habebat. Quæst. 34. in Exod. *τὸ πρόσωπον ἐτήρησεν*. Quis autem est, qui non videat legendum esse *ἐτήρησεν* .i. statuit, non *ἐτήρησεν*, vt excusum est? Quæst. 67. in fine, *καὶ τὰς σιωθῆσας ἐμπιδὼν ἡλώσῃ ἐκέλευσεν*. Hic miror cur Picus addendam censeat particulam negatiuam *οὐκ*, cum ei nullus locus esse possit. Linea præcedente ratio constructionis hoc poscit, vt legamus *τὸ πρὸς ἐκείνους ὄρκεν*. Quæst. 1. in Leuit. in his verbis, *πρῶτον ἐξαγορεύσαι κελεύει τὴν ἀμαρτίαν*, eluenda est macula quæ in hoc vocabulo *ἐξαγορεύσαι* insidet. Legendum enim *ἐξαγορεύσαι*, vt patet ex cap. 5. Leuit. Itaque in Latina versione, pro, redimere peccatum iubet, restituendum est, enunciare. Quæst. 11. *ἐπεὶ δὲ ἐμπερικῆται μὲν, διχλή δὲ, ὡς καὶ μῆλος καὶ λαγός*. Hic certè minimè dubium est, quin contrà legendum sit, *μπερικῆται μὲν, & διχλή δὲ* .i. ruminant quidè, verùm vngulam bifurcam non habent. Vnde etiam paulò post camelo conferuntur, qui diuina quidem oracula ore versant, sed vngulam diuidere, hoc est ea exequi negligunt. Quæst. 32. vbi habet Latina translatio, viticem velut indicem lætitiæ, corrigendum est, *predicitie*. *σποροσώης* enim est in Græco, non *εὐφροσύνης*. Quæst. 21. in Numer. corruptus est locus in initio, sic, vt opinor, restituendus, *πολλάκις τὸς μὴ νομιζομένους δοκίμους, τοὺς οὐκ οἶδεν ὁ παὶ κεκρυμμένα εἰδὼς* .i. sæpè eos qui probi minimè existimantur, probos esse nouit is, cui abscondita comperta sunt. Videat etiam Lector, num quæst. seq. pro *εὐγενείας*, legendum sit, *εὐσεβείας*, et si scio priorem lectionem tolerari posse. Quæst. 23. *μικροψυχίας* vertit interpres, pusillanimitatem. Ego potius, inuidiam. Sæpè enim apud Græcos Theologos *μικροψυχος*, pro ieiuno homine atque alienis laudibus inuidèti sumitur, quemadmodum in Nazianzeni*

scholiis offendi. Quæst. 29. ἵνα τῇ συγγένειά τῆς νομοθεσίας παγίαι τῶ νόμον τῶ μνήμην ἐργάσται. Statim ut hunc locū legi, mihi venit in mentē pro συγγένειά σιωπῆς substituere. Hoc enim vult Theodoritus, Mosē idcirco leges suas Israëlitis crebrò inculcare, ut huiusmodi ferendarum legum assiduitate memoriā earum in ipsorum animis penitiùs infigat. Hanc autem emendationem, ut non probabilitate quadam duntaxat, sed certa veritate niti ducerem, fecit alter locus quæst. 1. in Deuter. qui sic habet: πολλὰ κίς τῶς ἀπὸ τῶς λόγους ἀνακυκλοῖ ἵνα τῇ σιωπῆς παγίαι τῶ μνήμην ἐργάσται. Sed reliqua persequamur. Quæst. 43. in Num. ὁ μόντοι Βαλαάμ, ὃ τῶ θεῷ τῶ κηδεμονίαν μεμαθηκὼς, τοῖς θυσίαις μεταπέσειται, εἶνα τῶ ψευδονύμιον εἶναι τοπάζων. Quæ verba, quia parum commodè ab interprete reddita sunt, ita transfero: Enimverò Balaam, qui Dei curam ac studium (erga Israëlitas) didicerat, eum adhibitis sacrificiis in diuersum flectere conatur, vnum videlicet ex eorum numero ipsum esse suspicans, qui falsò Dij appellantur. Quæst. 1. in Deut. in fine, ἑλαμωδία ἱεργονία. Existimari legendum, ἑλαμωδία, ἱεργονία. Quæst. 6. ἐπειδὴ ἀπελὲς ἦσαν, καὶ τροφῆς γαλακτιάδους ἐγένοντο. ἐγένοντο potius legi debet, vel, quod adhuc malle, ἐδόντο. Quæst. 42. nihil fuit causæ, cur interpres ἀπειτυμπίαν verteret, distēdit: cum ex Apostolorum Actis liqueat Iacobum ab Herode non distentum, sed capite truncatum fuisse. Σποτυμπίαζεν autem idem quandoque esse, quod κεφαλίω Σποκπιῶσι, author est Varinus. Quæst. 12. in Iosue, τοῖς ψευδέσι λόγοις αὐτῶς πνιψενώτες ἐπέσαντο. Interpres, credētes eorū verbis mēdacibus perituali sunt. Vbi eū fefellit, nō ἐπέσαντο, sed ἑσπασαντο, legendum esse. i. σιωπῆς ἐποίησαντο, quemadmodum sensus apertissimè demonstrat. Quæst. 18. ἀλλὰ τῆς ψεῦδος ἐπίστασιν χριστομίας κληθῶσι τὸν γεγενημένον τόπον, &c. Hoc loco rectè quidem coniiicit interpres desiderari in Græco participium ἀπέσαντες, vel μαθόντες, sed in vocabulo χριστομίας non animaduertit vitium hæere. Neque enim monimentum illud à Rubenitis extractum τῆς ψεῦδος τῶ ἐπίστασιν χριστομίας μνημῆον erat, imò contrà constantis fidei testimonium. Alioqui quidnam causæ fuisset, cur ceteri Israëlites ob eorum pietatem Deum laudibus afficerent? Ac proinde pro χριστομίας, μαρτυρίας legendum censuerim, aut aliud quoddam eiusmodi vocabulum. Atque ad hunc modum ita vertendum esset: At ubi pietatis testimonium vocari monimentum illud intellexerunt. Ibidem aliquanto post, ἡ πολαβὼν ὁ θεότατος Ἰησοῦς. ἡ πολαβὼν suspicari vertit interpres, cum hoc loco idem sit quod ἐκ ἀφ' ὧν δὲ σποκρίνεσθαι. i. interfari. Virgilius ad Græcorū imitationem, suscipere dixit. Sicque etiam Quæst. 12. in Iudic. legendum est, ὅθεν ἡ πολαβὼν ὁ ἀγγέλος, pro eo quod corruptè legitur σπολαβὼν, quem errorem fecutus Picus illic vertit, gratam habens hanc responsionem. Quæst. 1. in Iud. δὴλον τοίνυν ὡς ἐμπαροδῆσαν τῶ ἱερὸς ἑλὴμ πάλιν ἀνακοδόμησαν οἱ Ἰεβουσαῖοι τῆς τῶ λαῶ δυσκλήσις ἑπιλαβόμενοι. Vbi tamen pro δυσκλήσις, διαποτέσις, vel δυναστείας rectius fortassè quadraret. Vult enim Author, Iebusæos Hierosolymitanam urbem igni deletam rursus extruxisse, cum in populum Israëliticum imperium arripuissent, eumque sub potestatem suam redequissent. Aqua sententia quàm longè recedat Interpres, dum ἑπιλαβόμενοι passiuo sensu accipit, cuius perspicere facile est. Multa alia sunt in hisce libris carcinomata, quæ sine melioris exemplaris subsidio vix, ac fortassè ne vix quidem sanari possunt.

CHRYSOSTOMI loca aliquot indicantur, in quibus Interpres  
Græca non assequitur.

CAP. XXXII.

CHRYSO

CHRYSOSTOMVS Hom. 3. in Epistolam ad Ephesios, eos acerrimè incessit, qui rarò ac frigide, nec satis antè perpuratis animis ad suscipiendam Eucharistiam accedunt. Sed illic, hoc est in grauissimo argumèto, multa sunt, quæ nec Interpres rectè transtulit, nec Mōtanus recognouit. His igitur emendandis manum hoc capite, vtinam salutare, admouebo. Atque etiam paulo altius exordiar, hoc est non longè ab initio loci moralis. Ac primùm interpretis verba ponam, deinde Græca subiiciam, ac denique ea interpretabor. In his igitur verbis, Trabeam carnis suæ non vtunque honorauit, Græca habent, *ἰμάτιον αὐτῷ ἐποίησεν* .i. vestem sibiipsi fecit. Loquitur Chrysofostomus de natura humana, quam vsque ad eò Filius Dei honorauit, vt ea se conuestierit: neque hoc contentus, omnia etiam ipsi subiecerit. Mox, Innumerāsne, an his etiam numerosiores? Mallem, sexcentāsne. Neque enim innumero quicquam numerosius esse potest. Non longè hinc, Quod solum etiam si nullò enumeratorum honorum, &c. Hic certè Græca valde corrupta sunt, nec nisi melioris libri ope emendari queunt, nisi quòd perspicuum est, pro *μυθῶν*, legendum esse *μυθῶντος*. Authoris tamen sensus est huiusmodi: Atqui etiam si nullo honore affecti fuisset, satis tamen superque erat, quòd pro nobis mortem oppetiisset: rursus, tantis honoribus affici sufficiebat, etiam si ille mortē minimè subiisset. Infra, Etiam si nulla geenna esset, &c. Gr. *εἰ γὰρ μὴ γέεννα ἴδω, τὸ μνηστῆρας τοσαύτων ἡμῶν ἀναξίως εὐφραίνω καὶ χαροῦν, τίνα οὐκ ἂν ἔχοι κόλασιν, τίνα πικρῶν ἡμῶν hoc est, Nam etiam si nulla geenna esset, tamen hoc ipsum, nimirum tanto honore accepto indignos ac flagitiosos inueniri, quid non supplicij, quid non tormenti habeat: vel, cuius supplicij, cuius cruciatus non instar fuerit? Aliquantò potest, Fer purulentas ac saniosas execrationes. Hic typographorum incuria error inoleuit. Legendum enim excreationes. Gr. *ἐμπύσματα*. Non longo interuallo, Si instaret, ait aliquis, sanctæ Quadragesimæ tempus, qualis hic fuerit qui promerebitur fieri particeps sacramentorum? Si ingrueret solennis Epiphaniarum dies. Adde, etiam si tempus Aduentus sacri, nedum Epiphaniarum aut Quadragesimæ: non efficere dignos tanti aditu sacramenti, sed sola animæ sinceritas atque expurgatio. Hoc loco interpretes ab Authoris sensu longè aberrat, dum duplex Græci codicis vitium minimè animaduertit. Sic enim habet editio Veronensis, *ἀν' ἑπιφάνειᾳ, φησὶ ὁ τῆς ἀγίας πεσσαρχικῆς χειρὸς, οἷος ἐάν ἢ τις μετέχει τῆς μυστηρίων, ἀν' ἑπιφάνειᾳ τῆς ἐπιφανίαν ἡμέρας καὶ τοι χειρὸς παροσόδου οὐκ ἐπιφάνια, ἔδὲ πεσσαρχικῆ ποιῶ ἀξίως τὴν παροσίαν, ἀλλὰ ψυχῆς εἰλικρίνεια καὶ καθαρότης.* Vbi quis, si accuratè attendat, submouendum esse vocabulum *φησὶ* non videat, & pro *ἐάν ἢ*, substituendum *ἀν' ἢ*? Sunt enim ipsiusmet Chrysofostomi verba, non alterius. Ac propterea sic verti debent: Si sanctæ Quadragesimæ tempus affuerit, quocunque tandem statu quispiam fuerit, sacramenta percipit: aut si Natalis Christi dies aduenerit. Atqui tempus accedendi non est Natiuitas, nec Quadragesima hoc præstat, vt accedere mereamur, sed animi sinceritas ac puritas. Hoc enim est de quo conqueritur Chrysofostomus, nempe quòd sui ciues tempus ad Eucharistiam accedendi, non animi puritate ac vitæ innocentia, sed festorum duntaxat solennitate metirentur. At grauius est quod non multo potest sequitur, Etiam si ob manuum sordes ad tempus quis cōtineat: sed animam omni eluuiè vitiorum repurgandam totus interim redeat. Græcè, *καὶ τοὶ ὑπὸ τῶν χειρῶν τοῦ χειρὸν κατέχεται, εἰς δὲ σπένδιω ὁλόκληρος ἀναλύεται.* .i. Atqui manibus quidem ad quoddam duntaxat tempus tenetur: ad animam autem integra migrat. Sic argumentatur Chrysofostomus: Si sordidis manibus*

Christi corpus contrectare atrox scelus est, quanto atrocius impuro animo illud suscipere: præsertim cum nõ nisi ad breue tempus manu teneatur, (id enim olim in vsu erat:) mox autem totum ad animam migret. Hunc verborum Græcorum sensum cum non animaduertit interpres, mirum quam huic loco caliginem inuexerit, vt qui etiam proinde *κατέχευαι* pro *ἀπέχευαι* vsurparit. Mox, Neque enim capacia sunt se inhabitantis virtutis, non enim sentiunt. Gr. *Ἐκεῖνα ἔμετέχει τῷ ἑόντος, οὐκ ἀσθενεῖται*. i. Illa enim (vasa sacra) eo qui non inest, non fruuntur, nec eam sentiunt. Quo loco valde notandum est illud, *τῷ ἑόντος*. Hoc enim vocabulo, corporis Christi in Eucharistiæ sacramento veritas luculenter asseritur. Duobus versibus interiectis, In aliis quidē temporibus sæpenumerò impuri acceditis. Gr. *ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις χρόοις ἔδὲ χεῖροι πολλὰκις ὄντες προσέρχεσθε*. i. Aliis temporibus, plerunque etiam à vitiiis puri, minimè acceditis. Hoc loco amphibologia deceptus est interpres, dum ἔδὲ cum *χεῖροι* iungit, quod cum *προσέρχεσθαι* iungendum erat. Persistit enim in eadem querela Chrysostomus, ostenditque præpostero ingenio esse ciues suos, qui solennibus quidem festis impuri etiam ac vitiiis contaminati ad sacrum epulum accedant, aliis autem temporibus ita affecti sint, vt ne tum quidem, cum à vitiorum labe puri sunt, accedere curent. Vnde etiam postea hoc malæ consuetudini atque anticipatæ opinioni ascribit. Legendum enim in Græco *προσλήψας*, non *προσλήψας*. Quam vocem non satis apertè hostia salutatis. G. *εἰκὴ θυσία καθημερινή*. i. Frustrà quotidianum sacrificium celebratur. Versu sequenti, Nemo est qui dignè participet. Dignè, de suo addidit interpres. Non enim hoc vult Chrysostomus, neminem dignè Eucharistiam suscipere, sed neminem ad eam suscipiendam accedere. Non longè hinc, Indignum te agnoscis, qui vel per te sumas hostiam, aut per alium sumendam accipias? *οὐκ εἰ τῆς θυσίας ἄξιός, ἔδὲ τῆς μεταλήψας, &c.* Indignus es hostia, ipsiusque perceptione? Indignus ergo es etiam, qui sacrosanctæ preconi interfis. Quod tamen non ita accipiendum est, quasi quisquis non indignus sit qui publicis Ecclesiæ precibus intersit, idem quoque protinus dignus sit, qui Eucharistiam percipiat. Maior enim ad hoc quàm ad illud præparatio adhibenda est. Loquitur enim hic Chrysostomus quodammodo *ὡφελικῶς* ob eam animi indignationem, quam ei parit ciuium suorum, nimis rarè ad sacrosanctas epulas accedentium, negligentia. Sequitur in Latina interpretatione, Audis adstantem tibi atque inclaimantem præconem: Quicumque in pœnitentia constituti supplicastis. Gr. *ὅσοι ἐν μετανοίᾳ, δεήθητε*. Quo loco negatiua particula ab editione Veronensi exulans, sententiam prorsus obscurat. Legendum enim est, *ὅσοι μὴ*, vt patet ex his quæ præcedunt. Sic itaque verò, Quicumque in pœnitentium classe ac numero non estis, orate. Porro qui non communicat, &c. Sequitur in Latino, Nam qua gratia inclaimat, Absistite factis, &c. Ego verò hunc locum ita potiùs vertendum censuerim: Cùmnam igitur cum ille clamet, Abscedite omnes quibus præcari non licet, tu tamen nihilo feciùs temerè atque impudenter stas, nec è templo excedis? At non es eorum numero, sed ex illorum, qui sacramenti participes esse possunt? Itane verò, cum id liceat, floccifacis, eamque rem nihili pendis? Paulopòst, pro, insufurrat, lege, insufurrabat: & eodem loco, pro, antequàm inuitareris, antequàm accumberes. G. *πρὸς τῆς χετακλήσεως*. Non longo intervallo, Confessus es te in eorum numero debere decerni, qui digni sunt sacramenti aditu, non qui cogaris

cogaris cum indignis secedere domum. Hæc postrema verba in Græco sic leguntur, τὴν μὲν μετὰ τῆς ἀναξίων ἀνακεχωρηκέναι .i. eo quod cum indignis minime secesseris. Ibidem Neque enim propter accumbentes mensæ Dominicæ solum, &c. G. ἔ γάρ ἀφ' αὐτῶν τῶν παρεχόμενα μόνον .i. Non enim ob ea duntaxat quæ proponuntur .i. ob corpus ac sanguinẽ Christi. Aliquantò post, Et quasi sponsia ipsi hanc Ecclesiam abluamus, &c. Hunc locum sic potius vertendum existimo: Quemadmodum sponsia templum eluimus (αὐτὴν πλύνωμεν enim in præsentem lego) ut in puro templo cuncta proponantur, nec vna macula aut ruga sit. Etenim oculi quoque ipsi huiusmodi spectaculis indigni sunt. Ibidem, Usqueadè indigni censebantur montis illius ascensu. Sic verto, Ne dignæ quidem (bestiæ) erant, quæ in montem ascenderent. Et versu seq. pro, iidem, repono, eadem: & pro, liceat, licet. Non longè hinc, Nunquid non omnia ipsi feceritis in gratiam huius solius præcepti? G. ὡς τῆς .i. ne ea (mensa) careatis. Infra, Cur non pro virili adnitimur, aut etiam incurSIONem admolimur, implendo tam salutari negotio? G. καὶ ἔ σπείρωμεν ἔ δὲ ὀπιτηρέωμεν τῶν ὀργάνων; .i. ac non properamus, atque ad eam rem omni celeritate contendimus. hoc est, ad suscipiendam Eucharistiam. Ibidem, Neque enim liceat in ius trahere infirmitatem. G. ὅτι ἔστιν ἀπίστω ἀδύνατον .i. non licet imbecillitatem causari.

*Irenæi Græcismi aliquot indicantur.*

CAP. XXXIII.

**A**PUD Irenæum plurima sunt ita de Græcis imitata, ut quid ea significant, vix satis quisquam assequi possit, nisi mediocrem linguæ Græcæ peritiam sibi compararit. Huius generis quædam ex secundo libro, in quo prodigiosa Valentinianorum commenta refelluntur, nuper excerpti, quæ notatu non indigna existimaui. In Præfatione itaque non est dubium quin ad Græcorum morem loquatur interpres, cum ait, Quonam modo per numeros veritatem affirmare (ubi tamen haud scio an infirmare potius legendum sit) conantur, minutatim perexiimus. Perexire enim nouo, ac Latinis profus inusitato more dixit, quod Græci δεξελθῆν .i. commemorare, dicunt. Ibidem quod Demiurgum postremitatis, & cap. 1. extremitatis fructum esse dicit, Græci ὑπερήματος καρπὸν dicunt. Quanquã Epiphanius hæref. 31. non eum ὑπερήματος καρπὸν, sed ὑπερήμα potius à Valentinianis appellari ait. Cap. 1. Hoc autem ne homini quidem solerti applicet quis, quanto magis Deo. Hic, quanto magis, pro, quanto minùs, dictum est Græcorum more, qui nonnunquam πολλῶν μᾶλλον ἀπὸ τῆς ἡπυ γῆ, vel μῆτι δι. Cap. 2. Quemadmodum in regem correctio belli refertur. Vbi interpres non satis aptè χετῆρωμα, vel χετῆρωσιν πόλεμος vertit, belli correctionem, cum potius bellicum successum significet. πόλεμος enim χετῆρωσε, qui bellum ex animi sententia confecit: quemadmodum & χετῆρωσιν σωφροσύνην, idem est quod omnes temperantiæ numeros implere. Vers. seq. ut & pluribus aliis locis, conditio ἀπὸ τῆς κλίσεως, vel κλίσεματος .i. pro creatione vel re creata vsurpatur. Id quod nisi quis animaduertat, sæpe quid Authqr sibi velit, ancipiti animo erit. Sic cap. 6. Ignis in conditione numeratur .i. inter res conditas: & cap. 56. Sunt in cælis spirituales conditiones. .i. creaturæ. Cap. 3. Instabilis igitur, qui est secundum eos Bythus. G. ἀσύστατος τοίνυν ὁ κατ' αὐτῆς βυθός. Interpres sæpe in hoc libro, Instabilis vocabulo utitur, nõ satis propriè. ἀσύστατος enim dicitur id, quod ita proponitur, ut ne vlllo quidem modo esse queat quod fingitur. Sic cap. 54. Valentinianos instabilia delirare

E iijj

ait, hoc est eiusmodi deliramenta proferre, quæ nullo modo constare atque coherere possint, sed ab omni verisimilitudine abhorreant. Et cap. 56. Valentinianorum matrem instabilem esse inquit, hoc est ita prodigiosè & absurdè confictam, vt veri similitudinem omnem excedat. Atque ad hunc modum, cum aliquid eiusmodi esse vult, vt nulla in id absurditas cadat, constandi vocabulum vsurpat, vt in tit. cap. 11. substantiam materiæ labi adiungere non constat. i. absurdum est materiæ procreationem (Gr. ἐσώσιν) labi ascribere. Et in initio eiusdem capituli, Attribuere substantiam eorum, quæ facta virtuti & voluntati eius, qui omnium est Deus, & credibile & acceptabile & cōstans. i. σωετηρός. Rursus cap. 3. ad Græcorum normam dictum est, Vacuum hoc magis pleromate eorum ostenditur instabile. Etenim, magis pleromate, pro magis quàm pleroma, Græcissimum olet. Quem quidam minimè aduertens, legendum putat, maius pleromate. Sed hanc emendationē sensus refellit. Hoc enim vult Irenæus, vacuum illud, quod Valentiniani inducebant, stultius adhuc absurdiusque esse pleromate illo, quod iam confutarat. Cap. 4. non secundum localem sententiam. Sententiam malo, quàm substantiam. Sic enim Græci dicunt, ἔστι τι πῶς ποικιλῶ ἔννοια. Cap. 5. initio concedens sistere errorem & crescere. Sistere hîc, pro consistere & emergere accipitur. G. σωίσαδα. Ibidem, de pœnitentia eradicare. i. mutata sententia. Gr. ἐκ μεταβολῆς. Cap. 7. Spiritualia nulli obscurare possunt. Græca locutio, pro, nulli caliginè offundere. τὰ πνευματικὰ μηδενὶ ἔπισκοτεῖν δύναται. Ibidem, Neque vacuum esse, aut vmbra capiet. G. ἔστι τὸ κενὸν εἶναι, ἢ σκιά ἐκδέχεται. i. neque fieri poterit vt vacuum aut vmbra sit. Et sic cap. 16. Et hæc quidem in hominibus capit dici. G. ἐκδέχεται. Cap. 8. Itaque vacuum ostensum est figmentum eorum, & inconstans doctrina, vacui & hî qui attendunt eis. Ludit hoc loco Irenæus in ambiguitate vocabuli κενόν, quod initio capituli vacuum significat, hîc autem stultum & inane. Quas significationes distinguere debuit interpret. Cap. 10. sua voluntate & virtute substantia vsus. G. τῆ οὐκεία βουλήσθ' ὑσιώσθ' γενέσθαι. i. sola sua voluntate ac potentia procreatis omnibus rebus. Cap. 12. & quod nō est verisimile ipsorum ostendere. G. καὶ τὸ ἀπίθανον αὐτῶν δεκνέειν. Itaque, quod hoc loco relatiuum est, nō causale. Cap. 15. Si autem Endiarcheton logon dixerint. G. ἂν δὲ ἐνδιάρχητον λόγον εἴπωσιν. i. Si autem intus conditum Sermonem dixerint. ἐνδιάρχητον λόγον Græci opponunt παροφρακτικόν, hoc est, vt cap. 16. vertit interpret, emissibile verbum, vel, vt cap. 49. emissionis verbum, vel denique, vt cap. 16. prolatiuum. Iam quis neget in hoc eodem cap. 15. quin Græco more dictum sit, Aut quasi meliores sint & differentiores? Latine enim dicendum erat, præstantiores. G. διαφορώτεροι. Et sic cap. 55. intelligendum est illud, Si seipso dicant differentiores, ex operibus arguentur. Nihil enim tale ab ipsis iactatum est. Vbi tamen actitatum malim, quàm iactatum, vel, vt in margine, iactitatum. Neutra enim lectio satis quadrat cum his quæ præcedunt. Cap. 18. qui lationem prolatiui hominum verbi transferunt in Dei æternum verbum. Hanc lectionem amplector, non eam quæ est in margine, vbi pro, lationem, habetur, generationem. Gr. οἱ τὴν φωνὴν τῆ τῶν ἀνθρώπων παροφρακτικῶν λόγων ἀναφέρουσιν εἰς τὸν αἰδῶν τῆ τῶν λόγων. Cap. 19. & plurimis aliis locis his verbis vititur, Frustrà autem, & prout euenit, quæ Græcis hisce respondent, εἰ καὶ δὲ καὶ ὡς ἐτύχε. Cap. 19. Aeonon & Synesin. Legendum Aionon, vt constat ex primo cap. lib. 1. nisi mendum sit in Græco codice. Cap. 21. Sicut passus est Basilides, cum minimè attigisset veritatem. Hoc Græcum sermonem prorsus re-  
dolet.

dolet. Nam quod Græci dicunt, ὁ δὲ ἐπάγει ὁ Βασιλεύδης, Latino modo dicendum fuerat, quod Basilidi accidit. Cap. 21. In aliquo vno statuere sensum. Gr. ἐρείδων τὸν νοῦν .i. mentem figere. Cap. 22. qui imputant nobis. G. ὀνειδίξασι, vel ἐγγελάσιν .i. exprobant, vel accusant. Ibidem, Eiusdem substantiæ existebant his qui se emiserant, pro, existebant cum his, phrasis est à græcis desumpta. Græci enim dicunt, τῆς αὐτῆς ὀσίας ἢ τῶν αὐτῆς πρὸς ἑβραίων. Sic etiam cap. 24. reuocantes arguentur, pro, reuocare arguentur, vel, conuincuntur. G. ἀναφέροντες ἐλεγχοῦσιν ταῦτα. Illud etiam admonendum, Interpretem sæpe ut verbo, fieri, pro, esse & versari. Sic cap. 24. Hanc agnitionem habere potuerunt, priusquam in passionibus fierent. Et cap. 25. Quomodo rursus Enthymesis eius cum passione procedens separatim poterat fieri? Enthymesis enim esse intelligitur erga aliquem, ipsa autem (sic enim lego, non ipsum) seorsum nunquam fieri. Et cap. 28. Velle intra eum fieri. Ac denique cap. 56. & 57. In omnibus operibus fieri. In his omnibus locis pro fieri, dilucidior esset sensus, si esse, aut versari legeretur. Sed & cap. 29. Interpretes, dum Græcos imitatur, nouo more dixit, consternationem infecit, pro, intulit, vel, incussit. Gr. ἀπορίαν ἐνεποίησεν. Loquitur enim de affectionibus, in quas Aron ille miser incidit. Quandoque etiam erga, pro circa usurpat, ut cap. 25. Affectio erga aliquem fit, pro, circa aliquem, vel, in aliquo, existit: & cap. 30. eorum qui sunt erga Saluatorem, pro circa. Quin Græcorum quoque more ostendere sæpe, pro probare dicit, ut cap. 30. Futile verbum & vanum, quod nullo modo ostendi possit. G. ἀναπόδεικτον: & cap. 54. Huius nullam ostensionem afferentes. .i. probationem. Cap. 31. Demiurgos nominatiui casus est. Obscurior autem est Græcismus cap. 33. in his verbis, Caro eget spiritali, si tamen incipiet saluari. G. ἢ ὅτι τὸ πνευματικὸν δεῖται, εἰ γὰρ μέλλοι σώζεσθαι .i. siquidem futurum sit ut salutem consequatur, vel, siquidem salutem consecutura est. Et cap. 35. Si eorum quæ super Demiurgum dicuntur, mysteriorum speculator & auditor inciperet fieri. G. εἰ τῶν ἑσθάνων τῶν δεινῶν λεγομένων μυστηρίων ἐπίπλησῃ καὶ ἀπροσπῆξις ἐμελλε γίνεσθαι. Existimo autem Interpretem, dum in his ac similibus verbis, μέλλειν, incipere vertit, eum sequi voluisse, qui hunc locum Ioan. 4. ἐμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν, transtulit, Incipiebat enim mori, quemadmodum & supra eundem cap. 1. ad Hebr. imitatus est in voce ἀπόφορος. At verò cap. 35. vis Græcæ vocis parum animaduersa errorem non dissimulandum induxit. Sic enim initio capituli legitur, Eodem modo & nos non modicam partem, sed ea quæ sunt maxima continentia regulæ ipsorum resoluentes capitula, &c. Mihi autem dubium non est, quin pro, maxima, substituendum sit, maximè. Nam quod in Græco (sic enim planè mihi persuadeo) erat, συνεχικτώτατα, id verborum tenacissimus Interpretes reddidit, maximè continentia: ego, præcipua ac maximi ponderis. Sic enim clarior est sensus. Cap. 37. Ex qua & isti compuncti, &c. G. κεκαυτηλασμένοι .i. quasi cauterio inusti: Paulina vox. i. Tim. 4. Cap. 40. Ut autem ex superfluo hoc eis detur. G. ἐκ περισσίας, vel ἐκ περισθῆ, ex abundantia. Cap. 41. Falsa est eorum redditio. Gr. ἀπίδοσις. Sed hoc loco vocabulum istud explicationem potius aut accommodationem transferre debuit interpretes. Alioqui verbum istud retinet, ut sensum interim amittat. Cap. 43. Non enim infectus es, o homo. Gr. ἀγέννητος .i. increatus. Cap. 44. absolueret parabolas. Gr. ἀπολύειν .i. dissolueret, explicare. Cap. 47. Non est mirum si in spiritalibus & cælestibus, & his quæ habent reuelari, hoc patimur nos. Quibus in verbis duplex Græcismus inest. Nam &, habent reuelari, pro,

reuelatione opus habent, Græco ritu dictum est: & item illud, hoc patimur nos, pro, hoc nobis vsu venit. Ibidem, Labis fructum & ignorantie prolationem pronuntiat. G. ὑπερήματος καρπὸν καὶ ἀγνοίας παρεσβολῶν ἀποφραίνεσθαι .i. ignorantie fructum, vel, ab ignorantia productum. Vt enim Interpres vertit, obscurus est sensus. Cap. 52. Ad quem inhabitantes terram velut locustæ sunt deputati. Phrasis Græca, pro, cum quo cōparatæ. Cap. 54. ad quos stupescunt multi insensatorum. Id etiam Græcorum more dicitur, pro, quos admirantur. G. πρὸς ἃς κελύασι πολλοὶ τῶν ἀνοήτων. Ibidem quoque altera est Græca locutio, Quibus floribus adornauerunt eam quæ est sub cælo? Sic enim Græci dicunt, πῶς ἄρῃσιν ἐκόσμησας τὴν ὑπὲρ ἕσθῃν .i. τὴν γῆν, terram. Cap. 55. Non enim possibile est eum Patris prouidentia superiorem esse, & hæc cū interior homo, &c. Hic quoque, & hæc, Græco ritu dixit Interpres, pro, idque. Eodē modo aliquanto inferiūs Hellenismum spirant hæc verba, Nullius operationis Domini sunt, pro, in eorum potestate non est quicquam operari. G. ἕδειός ἐργα κρείοι ἔσι. Sic etiam infra, Et est substantia hominum voluntas eius: pro, Sola ipsius voluntate homines in ortum producti sunt. Cap. 57. apertus est Græcanismus in his verbis, Non est numerum dicere gratiarum, pro, gratiarum numerus iniri nequit. Cap. 59. Illud item Græcismum olet, Latuit semetipsum in alteram maiore incidens aporiam, pro, Imprudens in alteram maiorem difficultatem incidit. Gr. ἐλάθῃ ἑαυτὸν εἰς ἐπίεργον μείζονα θεοπεσιὸν ἀπειρίαν. Quo etiam modo vertit Interpres cap. 13. Heb. Per hanc enim latuerunt quidam angelis hospitio susceptis. Vbi Græce locutionis ignoratio factum est, vt quidam pro, latuerunt, legendum putarint, placuerunt. Sed & post hæc postrema Irenæi verba sequitur rursus alter Græcanismus, Si enim obliuionis poculum potata est, pro, obliuionis poculo. Gr. εἰ γὰρ τῆς λήθης ποτήριον ἐποτίσθῃ. Cap. 64. Tanquam Patre donante perseuerantiam his qui salui fiunt. Hoc loco perseuerantia non accipitur, vt in illo Euangelij loco, Qui autem perseuerauerit vsque in finem, &c. sed ἀπὸ τῆς ἀσφαλείας .i. pro permanentia & perennitate.

*Emendantur nonnulla in eodem libro.*

CAP. XXXIII.

GRÆCÆ eas phrases, quæ mihi, cū secundum Irenæi librum legerem, occurrerunt, superiore capite commonstravi. Nunc loca quædam in eodem libro indicabo, in quibus idem Author temporis iniuria mihi malè acceptus fuisse videtur. Cap. 10. in his verbis, de aranea resticulas necentes, an non perspicuum est, pro, aranea, arena legendum esse? Tritum quippe est Græcorum sermone hoc prouerbum, ἐκ σαμμῶν χοιρίον πλέκειν .i. ex arena funem necere. quod quidem in eos torqueri solet, qui leuibus argumentis aliquid persuadere moliuntur. Ibidem aliquantò post, Siquidem super fabricatorem Deum, &c. Hoc loco vel aliquid desideratur, vel, siquidem, pro, vtpote, nouo more vsurpatum est. Quinetiam sub capitis finem in his verbis, Lachrymas tantas ac sudores aut tristitias, solæcismus apertus est. Hæc enim omnia recto casu efferenda sunt. Cap. 24. participasse passionis huius. Passioni, lego, non passionis. Eodem vers. Quia à Logo quidem cœpit, deriuatio autem in Sophiam. Hic equidem, deriuauit, emendare non dubitem. Priore enim libro cap. 1. hæc Irenæi verba sunt: ἐνήξατο μὲν ἐν τοῖς θεῶν τὸν τοῦ, ἀπίστησεν δὲ εἰς τὸν. Sub finem eiusdem capitis tollenda est interpunctio ea, quæ est post hæc

hæc verba, Propter immensam dilectionem. Hinc enim Authoris sensus obscuratur, ne dicam pervertitur. Cap. 25. Quid autem suasa est postea, & conualuit, &c. Hæc loco hyperbatum est. Conualuit enim, post, est pater, collocandum fuerat. Neque enim Sophia conualuit, quoniam comprehendi non poterat Pater, sed postquam ipsa hoc sibi persuasit. Vide cap. 1. lib. 1. Eodem loco inuestigabilis, pro in inuestigabili accipiendū est, quod græci ἀνεξιχνίαστον vocant, quemadmodum etiam apud Paulum Rom. 11. Cap. 31. hæc verba, Quomodo hoc non supra omnem, commate duntaxat à præcedentibus verbis distinguenda sunt: quemadmodum etiam illa, Siquidem secundum illius depositionem. Cap. 36. Ita ut periclitaretur & omnem substantiam dissolui. Lego, in omnem. ὡς κινδυνώειν ἀγαλεῦσθαι εἰς ὄλιω θσίαν. ut lib. 1. cap. 1. locutus est Irenæus. Cap. 38. annum Domino acceptabilem, nec diem retributionis. Legendum, & diem. Cap. 46. post hæc verba, prout vult adinuenit, apparet aliquid desiderari, nempe, stultum est, vel aliquid eiusmodi. quemadmodum etiam initio capitis seq. post hæc verba, per quæstionum, addendum, ambiguitatem, aut aliquid simile. Cap. 49. hæc verba, Est autem quando, commate tantum ab his quæ præcedunt, dirimi debent. Ac græca phrasis est, pro, interdum autem. Cap. 50. iustorum quidem dicentes (animas) illud succedere. Illuc lego, non illud. Sic enim legendum esse constat ex versu sequenti, ubi succedere in refrigerium habetur, non, succedere refrigerium. Ibidem aliquanto post, Superfluum est credere, superflua & discessio Saluatoris. Hoc loco excuti mihi non potest, quin pro discessio, quod corruptè & absurdo sensu legitur, reponendum sit descensio, καθόδος. Hoc enim vult Irenæus, Si non ob virtutem, sed ob substantiam salus animis humanis comparetur, nihil esse necesse, quamobrem quispiam fidem suscipiat: imò etiam nullam causam fuisse, cur Christus in terram descendere: cum & citra fidem, & citra Christi descensum, salutem omnes animæ consequuturæ sint, cum sint vnus eiusdemque substantiæ omnes. Infrà eodem cap. multa sunt ita ægra, ut nisi melioris exemplaris adiumento sanari vix possint. Sensus tamè Authoris perspicuus est. Sic enim argumentatur: Si substantiæ ratione salutem consequuntur animæ, omnes utique salutem obtinebunt, quandoquidem eadem omnes natura essentiæque præditæ sunt. Si autem iustitiæ ratione, non ergo à salute corpora excludi debent, cum iustitiæ quoque munere ipsa perfuncta fuerint. Cap. 52. Consumetur in totum animale, &c. Hoc loco vitiosa interpunctio sensum labefactat. Sic enim hæc verba notanda sunt, Consumetur in totum, animale quare non totum, &c. Ait enim Irenæus Valentinianos minimè sibi constare, cum iustorum duntaxat animas in medietatis locum concedere astruunt. Sic igitur disputat: Si iuxta Valentinianos id omne quod est spirituale, intra pleroma ingreditur, ac rursus id omne quod ex materia concretum est, deorsum residet, ac tandè flammis absimitur, quidnam causæ est cur non item id omne quod animale est, in medietatis locum cedat? Cap. 53. Vnde igitur semetipfos, &c. Hæc per interrogationem legenda sunt: & quæ mox sequuntur, Vti & nos, &c. paræthesi includi debet. Sic enim clarissimus sensus erit, qui nunc nimium obscurus est. Cap. 54. Et hi quidem vacui perseverabant. Hoc loco vnus literulæ vitium sententiam totam inficit. Non enim dubium est, quin pro, hi quidem, legendum sit, siquidem. Vbi etiam illud obiter admonebo, vacuum hæc ἀπὸ τῆς ἀπραξίης .i. pro otioso & nihil agente accipi: quemadmodum etiam paulo post Interpres vacuum organum dicit. Eodem cap. Quando & per suam

argumentationem, per quam multum inferiores inveniuntur. Hic certè aut aliquid desideratur, aut hæc verba, per quam, expungenda sunt. Et aliquantò inferius, Quotquot autem spiritaliora, &c. Hæc commate tantum ob his quæ antecedunt, distingui debent: quemadmodum & illa quæ mox sequuntur, Primò quidem, &c. Cap. 56. Sed neque enixionem matris suæ, &c. Lego, neque per enixionem. Infra eod. cap. Et eum quidem qui sit vniuersæ operationis Deum, &c. Annotat vir pius & eruditus, atque in veterum Patrum lectione felicissimè versatus Feuardëntius, hanc esse codicis manuscripti lectionem, cum antè in libris editis haberetur, Demiurgus & Dominus. Ego tamen hanc lubentiùs quàm illam amplecterer. Planus enim est sensus, si ita legamus, Et eum quidem qui sit vniuersæ operationis Demiurgus ac Dominus, animale esse dicunt, &c. Hinc enim Valentinianorum prodigiosum commentum refutat, quòd eum, quem rerum omnium conditorem ac Dominum confitentur, animale esse dicant, cum tamen seipsos, qui nihil omnino efficere ac procreare possint, spirituales dicere minimè vereantur. Cap. 56. Et si qui alij virtutes operari dicuntur. Reicienda est prorsus ea lectione, quæ ad marginem addita est, Virtutes operari. Virtutes enim operari hoc loco idem est quòd miracula edere. Atque haud scio, an non etiam ad eundem modum cap. 57. in his verbis, perficiunt ad beneficia, addendum sit, virtutes. Certè versu sequenti non dubitem legere, Vt etiam sapissimè credant ipsi qui emundati sunt. Multa alia loca sunt in hoc libro valde deformata, quæ nisi melioris libri subsidio vix in pristinam formam redire possunt. Ac proinde ea minimè attingenda putavi, illud videlicet metuens, ne morbum potius exulcerarem quàm curarem.

*Epiphanius aliquot locis partim Græcè restitutus, partim ab Interpretis erroribus vindicatus.* CAP. XXXV.

**E**PIPHANIUS ille Cypriensis Antistes omnino, tum ob insignem eruditionem cum pari pietate coniunctam, tum ob earum rerum, quas tractat, utilitatem, dignus erat, qui & Græcè correctior in lucem ederetur, & in diligentiore Interpretem, literarumque sacrarum peritiorem incideret. Quorum cum vtrumque mihi defuisse videam, quædam hoc Capite, quæ mihi in eius Panario, vel Græcè aliter legenda, vel secus in Latinarum vertenda videntur, annotabo. Hæref. 43. nò longè ab initio, κέρχεται δὲ, ὡς ὁ εἰς ἡμᾶς ἐλθὼν λόγος καὶ ἡ αὐτῆ ἐμφασις, id est, vt Cornarius vertit, Quibus etiam vtuntur ipsius complices, velut fama ad nos peruenit. At ego pro κέρχεται, κέρχεται legendum contenderim, atque hunc locum ita vertendum, Occultata autem, vt nos auditione accepimus, ipsius est sententia. Hæref. 51. καὶ γὰρ τῷ μόνον ὄπτι ἀναφυῆ ἀβρότονος, ἐκεῖ ὄφισ ὄχι ἐγκαταμύει. Hic quoque μόνον ὄπτι legendum .i. profectò, quemadmodum hærefi 59. & 69. Hærefi 51. labitur Interpretis, dum hunc locum, λέγουσι δὲ τὸ χτ' Ἰωάννη εὐαγγέλιον ἀδελφόν εἶναι, ad hunc modum transfert: Dicunt autem Euangelium secundum Ioannem intelstatum ac indispositum esse. ἀδελφόν enim hoc loco idem est quòd minime canonicum, ac verum & germanum. Opponitur autem hoc vocabulum τῷ ἐκκλησίᾳ, quòd genuinum ac canonicum significat apud Græcos Theologos. Hæref. 53. in fin. pro πεποκότες, lego πεπακότες. Hæref. 57. εἰωθε δὲ αἰ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐσίσασι ἑαυτῶ ποιέμενον, &c. Cornarius, Solet autem semper Spiritus sanctus non sui ipsius constitutionem facere. Ego, non seipsum prædicare atque commendare.

mendare. Hæref. 59. *μη δολιεύεσθαι, μη ψεύδαλλειν, μη κλέπειν, μη ἐμπορεύεσθαι.*  
 Cornar. mercimonia tractare. Ego, veteratoriè negotiari. Alioqui enim fallum  
 esset quod mox subdit Epiphanius, hinc animam peccati labe infici. Neque  
 enim mercatura crimen habet, si fraus absit. *ἐμπορεύεσθαι* itaque hoc loco idem  
 est quod *παρεμπορεύεσθαι*. In ead. Hæref. aliquantò inferiùs, *καὶ οἱ μὴ ἀγωνισά-  
 μθοι ἐκέπαι ὑπαρῆσι.* Cor. non amplius adsunt. Ego verò legendum putatim  
*ὑπορῆσι .i. δαύανται.* Rursus paulo pòst in his verbis Græcis mendum infidet,  
*καὶ ὑπιτωγάζει τοῖς ἄλλοις, ὑπικληθεὶς ὅτι ἔλον τὸ σῶμα αὐτῷ γυμνιτεύει.* Corn.  
 Alios irridet, qui ipsi vitio vertunt, quòd corpus ipsius nudum sit. Atqui aper-  
 tissimum est hoc loco *ὑπικληθεὶς* legendum esse, atque ita transferendum,  
 Alios naso suspendit, oblitus corpus suum prorsum nudum esse. Hæref. 61.  
 conferens Epiphanius Ecclesiam ingenti cuidam navi, ait eam alium pro gu-  
 bernatore habere, alium prorætæ loco, alium remigis, *τὸν δὲ ἐν μέτρῳ πινὶ ὑπο-  
 ρῆσι καὶ ἐνήκης .i. vt Cornarius vertit, alium qui partem aliquam nauis, aut  
 impolitatum mercium habet. Ego, alium loco sedimenti ac mercium. ὑπο-  
 ρῆσι enim hoc loco est pondus illud quod navi imponi solet, ne alioqui ob  
 leuitatem facile subuertatur. Gallicè, ce lest. Aliquantò pòst ead. hæref. ἀνα-  
 πείθοντα γυμνασίου. & paulo pòst, ante ἀρχιγυμνασίου, delenda particula nega-  
 tiua. Atque etiam in eodem loco grauius mendum irrepit. Sensus enim per-  
 spicue ostendit legendum esse *ποιῶσι σιωήκας*, aut simile aliquod vocabulum.  
 Itaque hunc locum sic verterem. Illi etenim qui ne apud homines infamiam  
 sibi confent, occultè scortantes, vel solitudinis, vel continentiaè pactū incunt,  
 non hominibus, sed Deo hoc pollicentur. Hæref. 64. *ὃ γὰρ δὴ ἀνέξομαι* p. 236.  
*φλυαφουώτων πινόν, καὶ βιαζομένων ἀσφυγειασιδῶς τινὲν χαφίον, ἵνα αὐτοῖς δὴ  
 σαρκὸς μὴ εἶναι παραχρησις ἢ ἀνάστασις.* Postrema hæc verba ita vertit Interpres:  
 quo ipsis carnis resurrectio non esse concedatur. Ego verò ad hunc potius mo-  
 dum: Vt ipsis hoc prosperè succedat, nimirum carnis resurrectionem non esse.  
 Hoc enim loco *παραχρησις* legendum, non *παραχρησις*, vt in Basiliensi editio-  
 ne. At verò miror quid in mentem Cornario venerit, vt non multò post hæc  
 verba, *ὁ θεὸς αὐτὸν ψεῦ τῷ τῆτον ἀπεφύλατο, νεκρότητι ψεψαλάν,* ita verte-  
 ret, Deus ob hoc ipsum prohibuit mortalitate amittum: eum sic potius verte-  
 re deberet, Ob hanc causam Deus ipsum mortalem reddidit, ac mortalitate  
 conuestiuit. Mox *φωπιδύωαι* illuminationē vertit, obscuriore sensu. *φωπιδύωαι*  
 enim hîc baptizari significat. Atque hîc etiam delendum est *οὐί*. Aliquot ver-  
 sibus interiectis, conculsa ostia in Latina versione corruptè legitur, pro, con-  
 clusa: & eodem modo in Græco delendum *ψεψ*, ante *τὰς ρίζας*. Infrà, *εἰ δὲ  
 μὴ ἀναχωρεύοι μηδὲ ἀναγκάζοι.* Fort. *ἀναγκάζοι*. Mox, lego vnico vocabulo  
*λέγοιτο*, & vers. seq. *ἀρχη*. Ac versibus aliquot interiectis, pro *μήματα*, *λαβή*  
*ματα*, vt suprà, vel *μομήματα*. Et pag. 239. lin. i. *ἐκθρέψαντα*. At, vers. seq. pro  
*συμπελήσαντο*, fortasse *συμψήσαντα*. & aliquantò pòst, pro *ὀπίσσης*, *ἀπάσσης*.  
 & lin. pen. *ἠρεῖτο*, & vlt. vacare videntur hæc verba, *δὲ ἀ*. Iam pag. seq. hoc  
 est 240. non satis commodè reddit Interpres hæc verba, *ἐν ἀφθαρσίᾳ ἄριστα  
 παράγοντας*, in incorruptibili optimè facientes. Itaque sic malle, in incorru-  
 ptibilitate beatissimè victuros. Hoc enim loco *ἄριστα παράγειν*, est prosperrimo  
 ac beatissimo statu esse. Pag. 241. *ὡς ὁ δυνάμηνος βλάσφημον.* Post *δυνάμηνος*,  
 interrogandi nota appingenda est. i. An quia non poterat? Id quidem dictu  
 impium est. Sic etiam eadem pag. Græci codicis vitium Cornario imposturam  
 fecit. Legendum enim est, *καὶ οὐ πάντως ἡλιον τινὲν σελιύλιον ἴστομαρτυρεῖν αὐτὸν*  
 F*

λέγμεν .i. ac non eum Lunam Solem profus esse affirmare dicimus. Perspicuum est enim ἡλίον hoc loco, non ἀήλιον legi debere, ex his quæ postea sequuntur. Vbi etiam post ἀλλὰ, addendum est ἐγὼ. Pag. 242. καὶ ἐγὼ lego, non καὶ ἡν, & pro κενέμενος, κενέμενος. Pag. 243. καὶ ἐγὼ ἠδὲ μὲν ὅτι τῷ ὄντι πεπαιδευμένος εἶμι. Cornar. & re vera quietum esse sentirem. Ego, ac re vera eum dicendi finem fecisse sentirem. Legendum est enim, εἶμι. Mox etiam pro ἡμαρτητοῖς .i. ut Cornarius vertit, persuasoriis, lego vno vocabulo ἀναρτητοῖς .i. euerendi vi præditis. Versu sequente pro ἐκπίσθη τὴν ἀνάστασιν fortasse ἐκπίσθη legendum. Quanquam ne hoc quidem verbum mihi satis attridet. Pag. 245. ὅσας ὡς ἐαυτῶν ἀρχαῖα ὑπέθε. ἄρχαῖα lego, atque ironice hæc accipio, aut alioqui particula negatiua desideratur. Pag. 246. vers. 3. lego, καὶ γὰρ ἀδμοῦτα. & 16. δικλινδόν. Obscurius est autem quod habetur vers. pen. λέλυται καὶ τὸ εἶναι μὴ δεσμώται δι' αὐτῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶ φάτος, &c. Ego sanè haud dubitem pro εἶναι ἴνα substituere, ac sic hunc locum interpretari, Solutum est & illud, Ne ob eam (carnes?) in lucis regno, quod percipiemus, tanquam vinculis astricti simus, ob hanc causam carnis resurrectionis minime futura est. At pag. 247. vers. 1. etsi periculosum esse scio corruptis locis obelo mederi velle, tamen Lectorem admonebo, hæc verba, εἰ ἐπειδὴ τοῖς δυσχεραίνουσιν ἕτερον ἀλθρευμα καὶ δεικνύσαι, mihi amputanda videri: quemadmodum & eod. vers. ὅσων μᾶλλον ἢ ὀρθοδοξίας ἔστι. Neque enim hæc omnia verba hoc loco quicquam nisi ad sensum faciunt. Vers. 10. legendum existimo, ἀλλὰ ψυχὴ μόνη ἢ ἀμάρτησα .i. verum anima sola quæ peccauit. Pag. 248. vers. 2. lego ὅτι χειρήσας. & 35. μεταβλήθησαν. Pag. 249. vers. 24. ἀνίατον π παθῶν λίαν καὶ σωματικόν, Cornar. immedicabile quiddam admittens. Ego pro ἀνίατον legendum censuerim ἀνόητον, hanc emendationem sensu ipso mihi apertissime dictante. Pag. 250. 12. lego ἐκοιῦ. & duabus lineis interiectis deleo ἐφ' ἡμῶν, & 24. vers. βορᾶν lego. Pag. 252. vers. 40. εὐρωόμενα. & 253. 2. ὅτι σκίσαθε. & 15. καὶ ἀσωτένευθαι. Pag. 260. vers. 13. ἠέπετο ὅτι τῷ θεῷ ἠντιπράτην καμάτων. Cornar, veniat coram Deo repugnans labori. Ego verò hoc loco expungendam præpositionem ὅτι existimo, & pro καμάτων legendum ἀκαμάτων .i. Veniat ut Deo infatigabili repugnet. Hanc emendationem confirmat ratio ea quæ mox sequitur, θεὸς γὰρ ἰσχυρότερος ἐ κοπίσας, &c.

Explicatur locus Dionysii Arcopagite.

CAP. XXXVI.

**N**VLLA omninò lingua est, quæ non lepores aliquos habeat, qui in aliam linguam sine luculento dispendio transferri nequeant. Huius generis illud est, quod de præceptore suo Hierotheo scribit Dionysius lib. de Diuin. nominib. cap. 2. cum τὰ θεῖα καὶ μαθεῖν καὶ παθεῖν. In quibus verbis ea est, ex vocum affinitate nata, gratia, quam nullus Latini sermonis ornatus assequi possit. Quidnam autem sit παθεῖν τὰ θεῖα, ad hunc modum exponit Maximus Scholiastes. Dicitur est in Epist. ad Hebr. Didicit ex his quæ passus est obedientiam. Qui enim perpeffus est, experimento capit id quod docetur. Verbi gratia: Qui verberatur, melius cognoscit qualis sit hic dolor, quàm i qui tantummodò audiuit, at non item verberatus est: magisque huiusce doloris acerbitem exprimere queat. Eodem modo qui per reuelationem aliquid haurit, diuinius profectò diuina interpretabitur. Diuina autem pati, huiusmodi quiddam est. Dicitur est ab Apostolo: Consepeliamur cum Christo, ut & simul  
resurga-

resurgamus, & regnemus cum ipso. Qui autem seipsum ac carnem suam cruci affigit, hic Christi stigmata in suo corpore circumfert. Ac proinde meritò cum Christo quoque regnabit, ac diuina ipsius mysteria intrepido animo prædicabit. Vnde etiam sanctus Hierotheus res diuinas non modò didicisse, sed etiam passus fuisse dicitur: & qui per reuelationem diuinis mysteriis imbuitur, à seipso excedit, ac rectè vtilem hunc affectum pati asseritur, vt Dei domiciliū fiat. Vel alio modo: Diuina ipsum pati dixit, vt qui non per sermonem ad docendum comparatum, harum rerum scientiam perceperit, sed per diuinam illuminationem impressam atque cōsignatam in animo habuerit earum cognitionem. Hæc Scholiastes Græcus. Ex quibus apparet cum hoc sentire, idem esse, τὰ θεῖα πάχειν, quod θεοδιδάχλον εἶναι .i. non studio ac labore quæsitam, sed diuinitus infusam diuinarum rerum scientiam habere. Ad eumque modū D. Bernardus, τὰ θεῖα μάλλον ἔπαθεν ἢ ἔμαθεν. Ego verò aliter quoque, nec minùs fortalsè commodè hunc locum exponi posse existimo: nimirum, vt is μαθεῖν τὰ θεῖα dicatur, qui labore ac diligentia rerum diuinarum cognitionem sibi comparauit: παθεῖν autem, qui iis quoque ferid afficitur, vitæque sanctitatem ad doctrinam adiungit. Ac sanè malè res habet, cùm qui eruditionis pabulo abundat, eo tamen se minimè pascit ac reficit: multoque optatius mihi fuerit, si verumque non datur, τὰ θεῖα πάχειν, ἢ μαθεῖν. Etenim, vt quidam rectissimè dixit, compunctionem habere præstat, quàm quid compunctio sit, exploratum habere.

BASILII loca quadam integritati suæ restituntur.

CAP. XXXVII.

CUM Græcum aliquem Authorem in manus sumo, eumque multis mendis deformatum esse comperio, δεύτερος, vt dici solet, hic mihi πλοῦς esse solet, vt si editione Græca vetustiore, ac verbum verbo studiosè reddentem, interpretationem alicunde nanciscā queam, hanc consulam. Nam quæ eiusmodi est, eam pluribus etiam Græcis exemplaribus antepono, vt quæ persæpe ex vno, eodemque non satis emendato libro transcripta sint. Ad hunc itaque modum cùm Basilij Magni aduersus Eunomium libros non ita pridem cum Trapezuntij translatione conferrem, ex huiusmodi opera id mihi consecutus videor, vt nonnulla loca, in quibus Græca vitio non carebant, integritati suæ restituerim. Hæc autem sunt huiusmodi. Pag. 647. vers. 25. post hæc verba, τὸς γὰρ ἐκ τῆς βασιλικῆς αἰλῆς, addo πάντα. Pag. 648. vers. 4. lego διαχερῶς εἶχειν. & vers. seq. pro τύφῃ legendum esse φόβον, constat ex præcedentibus Eunomij verbis. Vers. 18. pro ὁμοῦ legit Trapezuntius ἕτος. quæ vera est lectio. Neque enim ὁμοῦ quicquam, quod ei respondeat, habet. Vers. 34. αἰχίστου legit, non ἀνεπαχμύον. Vtraque tamen lectio probabilem sensum habet. Vers. 43. περιήρηται cum eo lego: quemadmodum & 48. πίστεως, nō ὑπιτάσεως. Pag. 649. vers. 3. περισαρρωρέεται. vers. 6. post ἀληθείας, addo, πῶς ἐξ ἁρῶν ἀληθείας. Vers. 32. cùm ἀγέννητος & γεγέννηται scribatur, atque hanc lectionem & hic & infra sequatur Trapezuntius, atque adeò passim in his libris πῶς ἀγεννησίαν vigeat Eunomius, videndum est, num versu quoque 28. ἀγέννητος & γεγέννηται scribi debeat. Illud certè existimo, vel toto hoc loco huiusmodi vocabula per simplex, scribenda esse, vt Eunomij verbis respondeant, vel certè in verbis Eunomij huiusmodi voces per duplex, scribi debere, ne à prioribus posteriora dissentiant. Vers. 34. pro ὁμοῦ legit Trapez. ὁρῶτον, & rectè. Sequitur

enim ἔπειτα. Pag. 650. vers. 19. ex Trapezuntij versione, atque aded ex ipso sensu liquet, hic aliquid deesse. Sic autem fortasse locus expleri queat. ὁ δὲ ὡσεὶ ὀδὸν πρὸς λαβόμενος ἐν τῷ κρητῷ ὑφαρπαγίῳ, εἰς τὸ κρητισκευδῆεν ἔρχεται πρὸς ἀγεννησίας ἕσας εἶναι τῷ θεῷ τῷ ὄλῳ. hoc est, ut vertit Trapezuntius, Ille autem ex eo quod vi rapuit, ad affirmandum procedit, quod innascibilitas Dei substantia sit. Vers. 39. post τὸ γὰρ repetit Trapez. has voces, οὐκ ἔστι. Pag. 651. vers. 13. ταυτὸν lego. Vers. 34. ἀσυμβάτα. vers. seq. θεῷ. Pag. 652. vers. 6. pro εἰσεργεῖται, ἀλήθειαν legit Trapez. Neutra tamen lectio improbanda. Vers. 17. post Σποδός, legisse videtur Trapez. κριθήσεται: ut etiam vers. 21. post φύσιν, πρεσβύτων. At contra vers. 27. hanc vocem κρημὶ nō agnoscit. Pag. 653. vers. 23. post τῷ addit Trap. αὐτῷ τῷ θεῷ. sed de suo, ut opinor. Quanquam minus incommodè hunc locum vertit, quàm quidam Ecclesiæ hostis. Nam cum Græca sic habeant, εἰ γὰρ ἡ ἕσας ἐν τοῖς μὴ ἔσιν, χωρὶν γ' ἂν ἄλλο π τῷ λεγομένῳ, sic tamen vertit, Nam si essentia inter ea ponatur, quæ non sunt, quicquid præterea dixeris, vanum & inane fugit. Atqui potius ita vertendum fuerat, Nam si essentia in eorum, quæ non sunt, numero ponenda est, multo minus quicquam aliud ex iis, quæ dicuntur, erit. Hac enim ratione Eunomij errorem refellit Basilus, qui ἀγεννησίας ἕσας rationē habere, atque aded ipsammet essentiam significare contendebat. Nam postquam ostendit ἀγεννησίας ἀφαιρετικὸν potius quàm θετικὸν vocabulum esse ostendit, ita disputat. Si ἀγεννησία idem est quod ἕσας, sanè cum ἀγεννησία τῷ μὴ πρεσβύτων τῷ θεῷ sit, ἕσας quoque eandem rationem habitura est. Quod si inter ea quæ Deo non insunt, essentiam quis ponendam censuerit, quid tandem ex omnibus quæ Deo attribuantur, esse dicendum erit, cum essentia ipsa ei non insit? Vers. 27. post εἰ, addo ex Trapez. τὸ ἀγέννητον. Pag. 654. 15. lege ποία. Pag. 657. vocem hanc ἐλάττω, veteris interpretationis autoritate deleo. Ibidem vers. ult. in his verbis, ἵνα τῆς ἀσθενείας ἐν τοῖς ἀνάγκασι γυμνωθείσης, &c. à veteri translatione Græca nonnihil discrepant. Sic enim illa habet, ut impietate in rebus versata, cum ad personas progressio fiat, &c. Quocirca non dubito quin Trapezuntius pro γυμνωθείσης legerit γυμνασθείσης. Quæ quidem lectio proculdubio mihi rectior ac sincerior videtur. γυμνάσειν enim τὸν λόγον frequens est apud Theologos Græcos, ac præsertim apud Chrysostomū locutio, pro τῷ λόγῳ ἐπιλάττω, vel ἐμφιλοχερεῖν. Vult autem hoc loco Basilus, Eunomium in Ingeniti ac Geniti vocibus impietatem suam veteratoricè exercere, ac longa oratione astruere: quò postea à rebus ad nomina migrans, nihil iam, quod ab orthodoxa fide abhorreat, dicere videatur. Pag. 656. vers. 35. expungo αὐτῇ. vet. interpretis autoritate: quemadmodum & seq. pag. vers. 7. καὶ τὸν λόγον. Pag. 658. 17. videtur legisse Trapez. παραλαμβάνει. Pag. 659. vers. 9. ἀσυμφωνίας lego cum eodem, & 26. ὑμετέρων. Pag. 661. vers. 4. lego μεταρρυθμιζοντας. Pag. 662. 41. lego, καὶ ἕως ἐδὲθη, & 47. διδασκαλείας. Pag. 663. vers. 3. πότε ἂν οὐκ αἰνοῖ. 48. γενήσας. Pag. 664. 25. τὸ μὴ εἶναι. 27. deleo καὶ 34. pro αἰτίης legit Trapez. εἰαρήης. Pag. 665. 21. συλλογισμῶν. 24. γενήσας. vers. 35. hæc verba, ἄφ' ἑαυτῶν, usque ad εἴτε γὰρ, à Trapezuntio non agnoscuntur. vers. 38. lego, ὅτι οὐκ ἔστι. & 45. τῷ ποιῆτε. At verò lin. pen. quòd quidam in his verbis εἰ δὲ, aliquid deesse putant, planè opinione sua falluntur. Etenim propter impietatem hæc verba reticuit μὴ λέω, ea videlicet figura, quam Græci ἀποσιώπησιν vocant. Pag. 666. vers. 22. cum Trapezuntio lego, ἕκαστὸν ἕτερον πρεσβυγενήσεται. Sunt enim Basilij verba: & ibidem submouco τῷ. At vers. 37. in his verbis, καὶ ἀπὸ τῷ ἐρωτημάτων τῶν

τῶν, ἃ τῷ γραφῶν ἔδεν ἀπλείπεται, τὴν ἐφ' ἑκάτερα ἰσότητιν ὑπὸνδύων  
 ἔχοντων, proclive quidem est mendam animaduertere (quis enim non prima  
 fronte videat γραφῶν, cum ἔχοντων nullo modo iungi posse?) at illud tollere,  
 non perinde proclive est. Tentatum id quidem est à quodam fidei Catholicæ  
 infestissimo hoste: sed frustra. Sic enim se hunc locum in integrum restitutum  
 putavit, si pro γραφῶν, γραφῶν reposuisset. Ego verò cum hoc loco ad vete-  
 rem interpretationem, tanquam ad sacram anchoram confugissem, ac Græ-  
 ca hæc verba, ἃ τῷ γραφῶν ἔδεν ἀπλείπεται, ita à Trapezuntio reddita  
 fuisse comperissem, Quæ nihil ab insolubilibus desunt, statim animaduerti  
 pro γραφῶν, quod aperitissime vitiosum est, vnica littera mutata χειρῶν repo-  
 nendum esse. Sunt enim griphi, perplexi atque ænigmatici sermones, qui que  
 in varios sensus accipi possunt. Quales hoc loco Eunomij sermones esse ait  
 Basilus. Hanc huius loci genuinam esse lectionem neminem, veritatis potius  
 quàm altercationis amantem, fore puto, qui non mihi facile concessurus sit.  
 Vers. 41. pro τῷ ἔναυ τὸ ἀρχετύπων, videtur legisse Trapez. ἢ ταυτὸν τῷ ἀρχετύπων  
 clariore, meo quidem iudicio, sensu. Vers. 48. deleo δὴ. & vers. pen. ἐστὶ. Pag.  
 667. vers. 1. Σποκρ. Vers. 13. post ἁλώνων, addo ἔνοιαν; ex vet. Interp. & 44. pro  
 ὡδὴ lego ὡδὴ. & 48. post ὡτε, adde ὁ. Pag. 668. 32. legit Trapez. ἐπειδὴ  
 μόνος τῷ ἀγενήτης. 40. πᾶν ὄνομα. 46. ἄλλαγε. Vers. pen. hæc verba, τῷ κτί-  
 σματος, non habet vetus interpretatio. Pag. 669. 16. lego ὑμᾶς. 34. χειρῶν  
 Pag. 670. 32. δέξαθε. 39. ἀπαλείψω. Pag. 671. 32. ἢ ταυτὸν. 47. sic lege,  
 ἢ τὸ γεννητὸν τὸ γεννητὸν δηλοῦσι. Pag. 672. vers. pen. τῷ εἶδει, vel γένει. Pag. 673.  
 vers. 34. fortassè pro ὡδὴ λυπήσουσι, legendum ὡδὴ λύσουσι. Pag. 674. vers.  
 30. hæc verba, παρέλκει ἂν εἶη, non agnoscit Trapezuntius. Ac sanè redunda-  
 re mihi videtur. Vult enim Basilus Eunomianos inficiari nullo modo posse,  
 quin vera sint quæ prius dixit. Alioqui enim, inquit, magno emptum vellem,  
 vi hanc blasphemiam inficiari possent. Vers. 38. post τῆς, addo τῷ παραγράμω, ex  
 vet. Interpret. Pag. 675. 35. lego cum Trapez. ἀλλὰ ὡδὴ ἰδὸν τῶν. Vers. 43.  
 χειρὸν πνεῦμα λήγοντος. Vers. 47. ἀγαφρόντος non agnoscit Trapez. Pag. 679.  
 vers. vlt. lego, εἰ ὁ υἱὸς ἔχ' ἀπλῶς. Pag. 680. 9. εἰρήσεται. Pag. 681. 26. ὁμοῖα  
 οὐδὲ πάντα τὰ γενήματα. Pag. 683. vers. 5. pro ἐλάθηνα vet. interpretis autho-  
 ritate reponendum ἀλλά, & post ἠδύατο, ὡρίη. Vers. 26. εἶπει. Ibid. αὐτὸς  
 γὰρ. Vers. seq. ἀποδύλακτι. Vers. 29. δι' ἄλλω. Pag. 685. 25. ἐπεὶ τὸ πιστεύειν  
 atque eodem loco impius quidam interpres malè vertit ὡς αὐτῷ, post ipsum.  
 Pag. 687. vers. 2. ὀφειλόμενον. quod quidem vocabulum impersonaliter accipi-  
 tur hoc loco, vt δέον. Pag. 690. 42. hæc verba, ἀλλ' ἰκανῶς περιγράφησεται, non  
 videtur habuisse liber ille, quo Trapezuntius vsus est. Vers. vlt. mutila Græca  
 sunt, sic ex vet. interp. explenda: ὀκπεσὼν τῆς γῆς ὁμοιώσεως, καὶ τοῖς κλιώεσιν  
 ἀσυνέτοις ὡδὴ συνελθῆεις, καὶ ὁμοιωθεῖς αὐτοῖς. Pag. 692. 25. lego, ταύτη τὸν  
 29. ὡδὴ φρονῶν, vel ἡταφρονῶν. Vers. seq. videtur in superlatiuo Trapez. legisse  
 μαρότατα. Vers. 38. lego, ἀνείλει. 41. λαλῶμενον. Pag. 693. vers. 8. ἰδία non  
 agnoscit Trapez. Vers. seq. ἀξίον lego. Vers. 12. δέδικας. Pag. 694. 13. ὡ ἔτοι.  
 Vers. 28. Trapez. legisse videtur, ἢ γὰρ ἀφ' κλίματος εἰργεῖται θεὸς δέξάζεται. Vers.  
 46. pro, εἴτε τίς, repono, εἴτε τίς. Pag. 695. vers. 9. post γεννηθεῖς, addo  
 υἱός, & ibidem lego ἀνομοισιασῶν. Vers. 15. καὶ μάλιστα τὰ μετὰ πίστεως πᾶσι  
 φασκεῖ, non, vt vulgò, ἀπιστίας. Versu seq. hæc verba in Trapezuntij versione  
 non habentur, καὶ τῷ εἰς αὐτὸν μελλόντων ἐλπίζειν. quæ tamen haudquaquam  
 submouenda cenico, Vers. 35. legendum videtur ἰσότητις. Pag. 696. vers. 10.

κατ' ἰσοπλίαν. Atque hæc sanè sunt, quæ mihi Græca cum veteri translatione conferenti animadvertenda visa sunt. In quibus etsi leuiuscula quædam forsasè nonnullis videbuntur: nihil tamen leue est, quod non eruditoribus, quorum etiam rationem in hoc scripti genere habendam esse puto, negotium interdum facessere possit.

Observationes quædam in Euagrii historiam.

CAP. XXXVIII.

**O**BSE<sup>R</sup>VATIONES quædam nostras in duos priores Euagrianæ historiæ libros huic chartæ mandare libet. Quibus tamen non plus à quoquam tribui volo, quàm quantum eruditi iudicabunt. Lib. I. cap. 2. συμφωνεῖται retinendum puto. Alioqui enim absurdum est dicere, Christus denuò trucidatur & diuenditur. Venditio quippe trucidationem præcedit. χειρὸς autem συμφωνεῖται idem est quod, De Christo pacta incuntur. Cap. 7. in his verbis, ἵνα μὴ δυοῖν γάτερον ἀμαρτάνοιτο, ἢ ἀθανάτα συμπληροῦσθαι, ἢ παροχρῶντος αὐτῷ γατέρου τῶν μαρῶν τῆ ἐτέρας σερθεῖν, lapsus fuisse videtur interpres. Sic enim vertit, Quò in neutram partem peccarem, vel Christum morti minimè obnoxium esse asseuerando, vel in alteram partem inclinando, eum immortalitate priuarem. Sic autem aliquanto rectius verti posse videntur: Ne è duobus peccatis alterù admitteretur, nempe vt vel homines sempiternum inter se bellum gererent, vel altera parte ad se accedente, altera parte priuaretur. Hanc enim causam sibi fuisse ait Nestorius, cur χειροτόειον Mariam appellandam censuisset. Eod. cap. hæc verba Græca, λέγει τὸ μὴ ἐμποδῶν ἀναστασιάζοντα εὐνοία τίμηται, his verbis non satis expressa sunt, Quando quisque stabili & contentiente omniù beneuolentia, modò nihil sit quod non iure debeat esse impedimento, honorari solet. Hoc enim loco τὸ μὴ ἐμποδῶν, idem est quod τὸ ἐκποδῶν γενόμενον: i. quod de medio sublatum est. Hoc enim vult Author ille, cuius Euagrius nomen suppressit, quantumuis odio atque inuidia quispiam, dum apud viuos ageret, flagrauerit, tamen simulatque è viuis excesserit, omnium in se odium extingui. Ad eundem modum hæc quoque verba quæ paulò post sequuntur, ὡς πλὴν τῷ θεῷ δοκοῦσαν, χειρὸν ἔχει θλίψαι τῶν ἡμῶν ἀγαπίων, aptius ita reddi posse existimo, vt id decretum quod Deus sanxit, nunc quoque de nobis promulgetur: quàm vt vertit Interpres, Vt quicquid à Deo de nobis decretum sit, id iam nobis obueniat. Hoc enim vult Nestorius, æquum esse, vt cum velut diuinitus ex Oasi Panopolim reductus sit, Imperator diuino suffragio subscribat, mitiorique cum exilio mulctet. Cap. 9. ὡς δ' οὐκ κληθεὶς Εὐτύχης ὡς ἐλήλυθε, τὰ δὲ καὶ τῶν γενόμενος ἐάλω .i. vt Christophorus transfert, Vbi verò Eutyches accedit vocatus, &c. Ego verò sic: Posteaquàm igitur accitus Eutyches primò quidem venire recusauit, deinde autem cum venisset, in errore deprehensus est. Constat enim ex Actione prima Concilij Chalcedonenfis, & ex Niceph. lib. 4. cap. 47. accitum Eutychen diu ad Concilium venire recusasse. Cap. 13. in versione, Cyrensis potius quàm Cyrenensis Episcopus dici debuit Theodoritus. Longo enim interuallo hæ duę vrbes inter se distitæ sunt. Cap. 15. in initio hæc verba, καὶ ποίησεν, ab interprete omiſsa, idem valent quod ποιητικῶς εἰπῆν .i. vt Poëtæ verbis vtat. Hoc enim dicit ob hæc poëtica verba κλέος ἐπὶ, quæ præcedunt: & quibus vtitur Homerus Odyss. lib. pen. Quod cum ne Langus quidem apud Nicephorum lib. 14. cap. 53. animaduertit, Isidorum Pelusiotam, Nilum, & Marcum Eremitam, ac denique Theodoritum

doriturum Cyrensem Antistitē, egregios poetas facit: cum tamen nullum omnino ex his poetica laude floruisse, litteris vllis proditum sit. Ex quo perspicere licet, quantum interdum erroris vnius voculae homonymia non animaduersa pariat. Sed & cap. 16. grauiter erratum est ab Interprete, qui dum errore lapsus, verbo *αἰσάτο* actiuam significationem tribuit, Iulianum Apostatam Christianorum templorum extructorem nobis facit. Ait enim eum Martyri Babylae templum maximum exaedificasse, vt eum à Daphneo Apolline remoueret. Atqui longè ab eo impius ille Christianae fidei desertor abhorrebat. Verum iussit quidem ille sanctissimi Martyris reliquias aliud transferri: quò autem translatae sunt, illic eximia magnitudinis templum à Christianis extructum est. Cap. 21. pro *ἀπέχεται*, lego *ἀμπέχεται*, pro *ἀπό ζῆω*, *ἀποζῆω*, pro *ἀφ' ὧν*, *ἀφ' ὧν*, pro *ἀφ' ἑαυτοῦ*, *ἀφ' ἑαυτοῦ*. Eodem cap. post haec verba, *ἔτι πάλιν τῆς φιλοφροσύνης καὶ τῆς φιλοτησίας δεξιούται*, videtur aliquid desiderari. Certè apud Nicephorum lib. 14. cap. 50. vbi hunc locum ad verbū transcripsit, sequitur postea in versione, vt aliud eos per vitam putes quàm ad eum modum deliciarī. quae fortasse sic Graecè exprimi vteunque possent, *ὡς μηδὲν ἄλλο ἀφ' ἑαυτοῦ ἀπέχεται*. Lib. 2. cap. 1. Patrisco vitiosè legitur, pro Prisco. Itaque vox haec ex Nicephoro lib. 15. cap. 1. corrigenda est, imò etiam ex ipsomet Euagrio, qui cap. 5. & 14. Priscum Rhetorem nominatim citat. Eodem capite ab Authore inducitur Marcianus Imperator *φοβερὸς ὄντι ἐν τῷ πτωχεύειν, ἀλλ' ἐν τῷ πτωχόσταν*; quae verba non satis aptè ad hunc modum reddit Interpres, Suis erat formidini, non in puniendo, sed ne puniret. Itaque sic malle, Formidabilis erat, non poenam inferendo, sed duntaxat minando. Vel, vt fusiùs Langus, Formidabilis maximè habitus est, non tam exemplis poenatum editis, quàm expectatione & metu suppliciorum. Sub finem capitis post haec verba, *ὅμως δ' οὐδ' ἀφ' ἑαυτοῦ*, addo, *ἀφ' ἑαυτοῦ*. Cap. 2. in initio pro *βυλοιδίον*, lego *βυλοειδίον*. Cap. 3. non longè à fine, assentior doctissimo, mihiq̄ amicissimo viro, delendum esse *ἐμὰ* ante *ἡμίμα*: nisi fortasse quispiam pro *ἐμὰ*, *ἡμίμα* legendum putet. Cap. 4. in fine libelli supplicis Eusebij Dorylaei Episcopi ad Imperatorem, haec verba, *ὡς τὸ πάσι ἀθάνατον τῆ ἀθανάτου ὑμῶν κορυφή*, malè ab Interprete ita redduntur, Vti immortalī nostro capiti placeamus. Rectè autem Langus apud Nicephor. lib. 15. cap. vlt. vt ad sempiternae sublimitatis vestrae arbitrium referantur. *θεῖα* enim, vel *ἀθάνατος κορυφή*, hoc capite saepiùs appellatur Imperator. Et in Concilio Chalcedonensi, Act. 1. & 4. diuinus apex & vertex saepissimè dicitur. Quod etiam cum Interpres ipse hoc eodem capite saepiùs animaduernerit, miror quoniam pacto hunc locum non emendarit. Aliquantò inferiùs pro *λόγος θεοφιλέης*, lego *λοιπέης*. Cap. 5. in his verbis, *καὶ ἔτι τῶν φιλῶν εἰσηγήσῃ τῆ αὐτῆ φανέντα τῶ δῆμῳ ἀποχέσθαι αὐτῶ*, &c. mendum irrepsit. Legendum est enim *ἀποχέσθαι*, quemadmodum & apud Nicephorum lib. 15. cap. 8. legit Langus. Sic enim transtulit, Quòd ille pollicitationibus interpositis se facturum recepit. Interpres Euagrii, Graecis codicis errore secutus, vertit, Florum autem populi impetum, cum coram adesset, sua cohortatione cohibuisse. Paulo post lego, *ὡς τῶν οἰκείων ὀπισθοκόπος*. At versu sequenti, in his verbis, *ὅτι γὰρ καὶ τῶν Ἀλεξάνδρου γενέθλιος ἀπελάβετο τῶν διασκόπων*, à Nicephoro petenda medicina est. Nam cum lib. 15. cap. 9. Langus transferat, rebellis fuerat Dioscoro, non dubito quin pro *ἀπελάβετο* legerit *ἐπελάβετο*, quod tamè vertere maluissim, obtrectarat Dioscoro. *ἀπελάβετο* autem (quod Interpres vertit, adhæserat)

prorsus reiicio: tum quòd huius verbi ea significatio non sit: tum quòd ab Authoris sententia abhorreat. Nam si Dioscorum ille complexus fuisset, profectò Alexandriæ, quæ Dioscoro summoperè fauebat, eo nomine verberibus affectus non fuisset. Sed & eod. cap. in his verbis, τῆς γατέρου τῶν Ἐκφρονήσεως (quod falsam interpretationem vertit Interpres) ἐκφρονήσεως cum Nicephoro multo lubentiùs legerim. Vult enim Author, vtrumlibet quis pronunciet, nempe Christum vel ex duabus naturis esse, vel in duabus naturis, alterum quoque necessariò sequi. In quo tamen non minùs ineptit, dum nimis arroganter Catholicos quoque, tanquam frustra de hac re tanta animorum còtentione concertantes reprehendit, quàm Socrates, dum vel lib. 5. cap. 21. superuacaneam fuisse de Paschate contentionem impudenter asserit, vel lib. 7. cap. 32. Nestorium non tam impium quàm indoctum fuisse contendit, potiùsque θεοτύπος vocabulo, tanquam larua quadam perterrefactum fuisse, quàm quòd erroris illius sensum reitceret. Quod falsissimum inepti hominis iudicium non immeritò improbat Nicephorus lib. 14. cap. 32. Sed ad institutum redeamus. Eodem hoc capite quinto, post ἀρήτος ἔνωσις, legisse videtur Langus, ὅτι, quod mihi valde arridet, quemadmodum & mox, καὶ τῆς τῆς θεῆς δόξης. Cap. 6. legendum οἰδαίοντες. Cap. 7. post δορυφόρον addo ἀνωρεῖται. Quòd autem mox hæc verba συμπάση ἀνάγκη εἰσοικίζετο, vertit Interpres, coëgit eam sibi nubere, ei minimè assentior. Etenim Maximus Eudoxiæ quidem, vt iniuriam ab ipsius marito Valentiniano acceptam vlcisceretur, vim intulit, nò tamen eam vxorem duxit. Vide Nicephor. lib. 15. c. 11. Paulo post lego, πάλιν Γιζέριον ἐπελθεῖν, non πάλιν ἐπαλθεῖν, vt excusum est. Cap. 8. βασιμὸν, non βασιμόν. Aliquanto post, ἑπιτηρήσας lego, non ἑπιτήσας, & quatuor versibus interiectis, ἐπιστέφρησεν, ὅτι τὸ εἰσφραδ .i. irrimpo. Paulo post non rectè μοιχείαν, stuprum vertit Interpres. Adulterium enim transferre debuerat. Adulterio enim spirituali se obstrinxerat, qui in Proterij Episcopatum imperum fecerat. Pag. seq. lego αὐτὸν ἀνεχόμενοι, & duobus versibus interpositis, Φελέωντες. Mox etiam pro σοφῶς, σαφῶς lubentiùs legerim. Et in fine Capituli, τὰ ἴσα (hoc enim vocabulum apertè desideratur, vt patet ex cap. sequenti) τῶν ἑπιδιδωμένων αὐτῷ δέησιον. Cap. 9. sub finem, lego τῶν κατ' ἐκείνο χωρῶν. Cap. 12. pro κατεβήσαν, κατεβλήσαν. Cap. 13. sub finem, in his verbis, καὶ τὸ μεγαλοφρεπὲς καὶ ἀπέκλυτον ἐξήσοικησάν, ἀπαρβλήτον lego cum Nicephoro lib. 15. cap. 21. Cap. 16. Fædum mendum in hæc verba inuasit, ἵνα πλὴν Ἀσπαρος ἁνοσιαν κλησῆται. Legendum enim haud dubiè est εὐνοσιαν, atque ad hunc modum verendum, Quòd Asparis benevolentiam sibi conciliaret: non, vt Interpres, quòd Asparis insolentiam & inscitiam ludificaret. Huic autem emendationi apertissimè suffragatur Nicephorus lib. 15. cap. 17. tametsi Leonem Imperatorem, vt Asparem ab insidiis Imperio struendis auocaret, non Patricium ipsius filiù Cæsare creasse, sed Ariadnam duntaxat vxoris suæ Verinæ filiam in matrimonium ipsi collocasse scribit. Quin in hoc quoque illic ab Euagrio dissentit Nicephorus, quòd Ardaburium, quem ille Asparis filium facit, hic contrà patrè fuisse narrat. Scribit enim, eum Aspar Ardaburio caput amputari videret, his verbis vsu esse, Dignum fert exitum canus senex, qui nunquam admonitioni meæ audiens fuit. Persæpe enim ei dixi: φάγωμεν λάουλα τῶν ἡμῶν αὐτῶν ἀριστῶν .i. Priùs leonem deuoremus, quàm ipse in prandio nos apponat. Cap. 17. (qui tamen in Latina versione in duo diuiditur) ἑπιτρέψαι legendum, non ἑπιτρέψαι. Ibidem non satis rectè vertit Interpres hæc verba, εἰ τὸ το μὴ γένηται, αὐτῶν

Euagrio  
tamè suffragatur,  
Marcellinus Comes in suo Chronico, & Zonaras tom. 3. in Leone.

αὐτὸς ἔξω τῆς ἐκκλησίας γινέσθαι, se ab Ecclesia discessuros. Debuit enim vertere, à conuentu discessuros. Pag. seq. vers. 9. lego ἐπαγομένους. Fol. 140. 2. 30. πρὸς τὴν συνόδον. Fol. 141. 1. 23. hæc verba, καὶ Εὐστάθιος ἀπεκρίνατο, ὡς ἔδει παρ' ἑπὶ, sic reddi debent, Ac respondit Eustathius, id nihil ad rem pertinere, hoc est, adessentne Iuuenalius & Thalassius, necne. Interpres vertit, At Eustathius protulit ea quæ nihil ad rem pertinebant. Præcedens locus rectè emendatus est à Curterio: atque ita etiam legit Nicephorus lib. 15. cap. vlt. Versu antepenult. βιαίας lego. Eodem capite, in Cyrilli ad Nestorium Epistolæ initio, hæc verba, καὶ παφλουαῖον ὡς μανθάνω, πινὲς τῆς ἐμῆς ὑπολήψεως ἕπι τῆς οἷς θεοσεβείας, non rectè apud Nicephorum ita reddit Langus, Blaterant nonnulli de suspicionem mea, quam de pietate tua conceperim. Ac rectè interpres Euagrii, Sunt, vt audio, nonnulli, qui meæ existimationi apud tuam reuerentiam obtrectent. Et eodem sensu bis hæc verba transferuntur in Act. 1. Concil. Chalced. Paulo post in Græco, pro ὁδοδείγμασι, tum Nicephori, tum duplicis Latinæ interpretationis (in ead. 1. act.) autoritate fretus, lego διδάγμασι. Infra autem, vbi Leo Papa citatur, non vacat ἐκτελλῶαι. Idem enim significat quod persolueret. Sic enim in Epist. 10. vnde hæc sumpta sunt, sanctissimus ille Pontifex loquitur, Ad resoluendum conditionis nostræ debitum natura inuiolabilis naturæ est vnita passibili, &c. Quæ quidem verba sic Græcè reddita sunt, πρὸς τὸ χρονοῦ ἔμμενοι ὄφλημα ἢ ἡμετέρας φύσεως ἐκτελλῶαι, ἢ θεία φύσις ἰώθη τῇ φύσει τῇ παθητῇ, &c. At mox, in his verbis, καὶ τελευτῶαι ἐκ τῆς ἐπέρας μὴ διωθηῖ, eiusdem Epistolæ Leonis autoritate τελευτῶαι submoueo. Sic enim habet, Et mori non possit ex altero. Nisi fortasse Græcus Interpres perspicuitatis gratia τέλει de suo addiderit: vt ex Langi interpretatione Nicephorū legisse conici potest. Non longè hinc, post τῆς ὀπισθοπόπων, addo in Græco ἕπας. Pag. seq. vers. 2. legendum ὁδοῦ Ἀνατολίας, vel οὐνοῦ. Vers. 9. pro τὸς πατέρας τῆς συνόδου, substitui debet, τὸς πατέρας τῆς συνόδου. Et Latina versio sic emendanda est, Referant à Patribus, vt Patres Concilio restituant, has voces ad Imperatorem referant, has Orthodoxorum supplicationes ad Augustam. Sic enim legit Nicephorus, sic Acta Concilij Chalced. Versu seq. legendum πάντες, nō πάντως. Vers. 18. in his verbis, τὸς ἡδὴ δεομένους τύπες (quod Interpres formulas iam postulas vertit) mendum subesse arbitror, ad pro δεομένους legendum esse γενομένους (nam etiam Langus apud Nicephorum transfert, decreta Concilij in constitutionis formam redacta) vel δεδομένους. Sic enim pagina quoque sequenti vers. 15. δεήσας ὀπιδομένους legitur. Vers. vlt. hæc verba, τὸς πατέρας τῆς συνόδου, τὸς ὑπογράψαντας τῇ συνόδου, propter interpunctionis Græcæ vitium, non rectè vertit interpres. Etenim ea cum iis quæ præcedunt coniungens, ad hunc modum transfert: Sic credere Patres qui sunt in Concilio: sic qui subscribere Concilio. Ego verò ita potiùs vertendum censeo: Omnes ita credimus. Patres Concilio reddantur: qui subscripserunt, Concilio reddantur. Fol. 144. pag. 1. vers. 11. in his verbis, ὡς ἢ ἀγαλία, particula ὡς significat posteaquam, non autem, quemadmodum, vt & Christophorus & Langus putarunt. Vers. 23. pro ἐπελθεῖν, quod Interpres in fraudem impellere vertit, ἀπελθεῖν habent Acta Concil. Chalced. & Nicephorus. Vers. 36. ex his verbis, ἐπιγάγει ἡμῖν χιλίους μονάζοντας, corrigendum est id quod Act. 4. Concil. Chalced. vitiosè legitur, Dixit super nos mille monachos. Duxit enim legendum est. Vers. pen. pro, τὰς φωνὰς τῆς βασιλειῶν, cum Concil. Chalced. act. 4. constanter lego, vt supra, τὰς φωνὰς τῶ βασιλεῖ .i. hæc voces ad Imperatorem

referantur: non, vt Interpres, Has impias voces Imperatori adime. Pag. 2. vers. 5. post ὀπισκοπῶν videtur addendum ἀναχαρῆν, & præcedente versu, ante τῆς, collocandum χαί. Vers. 21. post ὄρω, ἐκέλευσα habet Nicephorus. Vers. 29. pro λέοντος cum eodem Niceph. lego λέοντα: & vers. vlt. pro σιώεσιν, σιωάεσιν. Fol. 145. pag. 1. vers. 15. vbi agitur de Iba Edeffeno Episcopo, non conuenit Nicephoro cum Euagrio. Ait enim ille quosdam, vt sacerdos tantum esset, postulasse: quosdam rursus, vt Episcopi quoque dignitatem obtineret. Ab Euagrio tamen hoc loco potius standum existimo: præsertim cum Actio decima Concilij Chalcedon. ipsi suffragetur. Vbi tamen admonendus est Lector, sacerdotis vocabulum (ἱερέα Græci dicunt) non simpliciter sacerdotem, sed etiam Episcopum significare. Huic porro Iba calumniatores inter cætera istud obieciabant, quod dixisset, Non inuideo Christo facto Deo, quoniam ipse, si volo, possum fieri secundum illum. Verum hanc horrendam blasphemiam falsò in eum coniectam fuisse tandem còpertum est. Rursus sub finem postremi huius capitis, vbi de Bassiano & Stephano agitur, quò Euagrium ab ἀπιστησίας nota vindicarem, libenter hunc locum mutilum esse pronunciarer, ac post καὶ Στέφανον adderem, καὶ ἄλλον, vt locus expleretur. Sed mihi id per Nicephorum non licet, qui eodem prorsus modo, atque iisdem omnino verbis hunc locum exponit. Itaque vel ignorationis historiae, vel certè *μημονικῆ ἀμαρτήματος* Euagrii (nam per eum asseclæ quoque ipsius Nicephoro impositum est) notare cogor. Constat enim ex Actis Concilij Chalcedonensis, & Bassianum & Stephanum, quòd vterque eorum aduersus Canonum sanctiones Episcopatum usurpasset, Epheso excidisse. Nam cum de ea re Sessione 11. & 12. à Patribus agitarum fuisset, in eam tandem sententiam ab omnibus itum est, Ephesinum Episcopatum vtrique abrogandum esse: sic tamen, vt vterque Episcopi nomen ac dignitatem retineret, atque ex ea Ecclesia ducentos solidos annuos in victum acciperet. De eaque re decretum sess. 12. promulgatum est. Atque hæc sunt quæ mihi post eruditissimum virum Curterium velut spicilegium facienti, partim annotanda, partim emendanda visa sunt. De quibus tamen liberum cuique iudicium relinquo.

*De iis quos σιωαστικὰς veteres appellabant.*

CAP. XXXIX.

**M**OREM hunc, quo cælibes quidam olim cælibatus ac religiosæ vitæ foecias sibi ascisciebant, vnâque cum ipsis degebant, Monachorum inuentum fuisse, quispiam à Catholica religione alienus asserit: non minùs tamen id falsò, quàm impudenter. Multis enim ante annis, quàm Monachorum quisquam huius criminis notaretur, imò quàm Monasticum institutum in Græcia vigere cœpisset, hæc labes nonnullis in locis quosdam infecerat: quemadmodum liquidò constat ex Canone 3. Concil. Nic. vbi interdixit sacrosancta Synodus, ne Episcopo, aut Presbytero, aut Diacono, aut vlli alij Clerico *σιωαστικόν* (quod Rufinus alienam vertit, alij subintroducunt) habere liceret: iis duntaxat personis exceptis, quæ omni sinistra suspicione vacarent, quales sunt mater, amita, & soror. Nemo autem dubitare potest, quin hæc lues iam antè in Ecclesiam irrepisset, latiusque iam serpsisset. Nam alioqui integro ab hac labe Ecclesiæ corpori frustra à Patribus remedium adhibitum fuisset. Scelera enim nondum orta prohibere, potius ea docere est, quàm prohibere. Ac sanè, si huius fœditatis author quærendus est, ad hæreticos potius, quàm ad Catholicos

licos

licos eundem esse cenſeo. Epiphanius enim magni nominis Epiſcopus hæref. 67. inter cætera quæ de Hieracitis memoria prodidit, hoc quoque narrat, eos hoc nomine merito ſuggillari, quòd *συνεσώχτες* mulieres ad miniſterium habeant. Turpem autem ac ſcandali plenam *συνεσώχην* (hoc eſt contubernium, vel, ut quibuſdam placet, cohabitationem) *ἀγάπῳ* quoque, ſi ſuperis placet, appellabant, & *ἀγαπητῆς*, mulieres eas, quas contubernales adhibebant, ut patet ex eo Gregorij Naz. Carmine, quod inſcribitur, Præcepta ad virgines ubi, quemadmodum & plerisque aliis locis falſiſſimè ſimul & acerrimè huiusmodi fæda contubernia inſectatur, atque addubitare ſe ait, inter cælibes an inter conjugatos huiusmodi homines reponere debeat, an genus quoddam inter viroſque medium conſtituere, quo ij contineantur. Extrat etiam apud Chryſoſtomum Tractatus, in quo ex profeſſo eos exagitat, cui titulus eſt. Quòd viri cum mulieribus non cohabitent: vel potiùs, ut eum citat Damascenus in Parallelis, *πρὸς τῆς ἑρωτικῆς συνεσώχης*. Vide etiam de hac re Epiphanius hæref. 78. ubi oſtendit, unde impuriſſimi homines ex Scriptura *ἡρωτικῆς* & *ἀγαπητῆς* probare nitebantur: & hæref. 80. ubi aduerſum eos diſſerit.

Quid *ἀσκησις*, *μυροφύγια*, *διδασκαλία*, & *συνάγειν*, interdum ſignificent. CAP. XL.

**Q**VAELIBET ars ac ſcientia vocabula quædam ad uſum ſuum ſic accommodavit, ut in alienam planè ſignificationem migrare videantur. In his igitur Interpretes, qui verbum verbo reddere ſtudent, meo quidem iudicio nihil aliud agunt, quàm ut pro luce meras Lectotibus tenebras offundant. Quod, ut planum fiat, aliquot huius rei exempla proferre non erit alienum. *ἀσκησις*, quid vulgò ſignificet, neminem Græci ſermonis tam rudem eſſe arbitror, qui ignoret. Quam autem apud ſacros Authores interdum ſignificationem habeat, ij demum norunt, qui in eorum lectione verſati ſunt. *ἀσκήν* enim ipſis, abſolute poſitum eſt, vitam ſancam ac religioſam profiteri. Unde etiam *ἀσκησις*, vel *ἀσκητικὸς βίος*, pro pio, ac Dei cultui dicato atque conſecrato vitæ genere uſurpatur: & *ἀσκητικῆς* appellari ſolet, qui pietatis colendæ ſtudio ſe totum mancipavit. Ac quanquam huiusmodi vox plerumque iis duntaxat tribuatur, qui ad Monasticam vitam ſe contulerunt (unde etiam apud Baſilium Regula illæ, quas Monachis ſanciebat, *τῆς ἀσκητικῆς* inſcribuntur:) certum eſt tamen eam latius patere, atque ad eos omnes etiam pertinere, qui tamen palam ac publice concepto voto Monasticis legibus ſeſe minimè obſtrinxerint, tamen in mundo ita viuunt, ac ſi in Monasterium conſeſſiſſent, atque abiectis omnibus voluptatibus ac vitæ huiusce curis totos ſe ad pietatis cultum, & diuinarum rerum meditationem conferunt. Cùm igitur *ἀσκησις* in hoc ſignificatu ſumi debet, quid afferri poteſt, quin is parum commodum Interpretem ſe præſtet, qui exercitationem vertit? Verbi gratia, apud Epiphanium hæref. 67. hæc verba habentur: *ὁ δὲ Ἱερακὴς τῷ μὲν ὄντι πολλὴν εἶχε τὴν ἀσκησιν, οἱ δὲ μετ' αὐτὸν αὐτὴ μαθηταὶ καὶ ἀποκρίσιν*. Quo loco fertit Cornarius, Multam exercitationem habuit: ad verbum quidem rectè, ad exprimendum autem ſenſum parum appoſitè. Hoc enim vult Epiphanius Hieracem quidem re vera & ſeriò religioſum in vitæ ratione, ac ſumma continentia præditum fuiſſe: ipſius autem diſcipulos non niſi larvam quandam continentia gelliſſe. Non diſſimilis eſt ratio vocis *μυροφύγιας*, quæ cum aliquando non tam pro animi imbecillitate,

vel, ut tritum apud Theologos vocabulum vsurpem, pusillanimitate, quàm pro ipsius effectu accipiat, profectò nisi id animaduersum ab Interprete fuerit, cum in hoc *μικροψυχία* (hoc est, similtatem & dissidium) pusillanimitatē vertet, quid Author sibi velit, Lectoribus obscurum relinquet. Quale scilicet illud est, quod Chalcedonenſis Concilij Actione 9. habetur. Nam cum Patres Ibam Edesenum Episcopum crimine solutum in pristinam dignitatem restituendum censuissent, atque interim vererentur, ne ille iniuriarum memor iis, à quibus accusatus fuerat (nam sub ipsius imperio ac diœcesi erant) duriores se fortasse præberet, idcirco sanxerunt, ne quacunque ex causa ipsi in eos animaduerrere liceret, nisi de Archiepiscopi auctoritate atque sententia: propter præcedentem (sic enim in ea Actione vertit Interpres) quæ in eis pusillanimitas fuerit effecta & excitata. Quo loco *μικροψυχία*, perspicuitatis causa, similtas verti debuit. Nam quia Theologi imbecillis potius & angusti quàm fortis animi esse censent iniurias vlciſci, ac similtates exercere, idcirco ab effectu *μικροψυχίας* pro similtate sumunt, velut Naz. Orat. de Basil. & de moderand. disput. Ad eundem etiam modum cum innumeris locis Græci Patres *οικονομία* *απὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τῆς θεοῦ* accipiant, eamque etiam ita Theodorus exponat in Polymorpho, qui tum dispensationem, vel administrationem vertere malunt, quàm incarnationem, vel assumptam humanitatem, vel, nisi hoc vocabulum durius est, inhumanationem, quàm rectè id faciant, ipsi viderint: mihi quidem nihil dicere videntur, quod Lector Græci sermonis ignarus intelligat. Sed & huc quoque refertur potest *τὸ συναγειν*, quod absolute persæpe apud Scriptores sacros ponitur, pro, plebem rei sacræ causa in Ecclesiam cogere. Quodque nos vulgò dicimus, *faire public exercise de sa religion*, hoc verbo aptissime exprimi potest, *συναγειν*, vel, ut apud Socrat. lib. 5. cap. 10. *τὰς συναγωγὰς ποιῆσαι*. i. conuentus agere. Hoc enim ille præter Catholicos solis Nouatianis à Theodosio Imperatore concessum fuisse ait. id quod Epiph. *ἰδίᾳ συναγειν*, vel, *καθ' ἑαυτὸς συναγειν* dicit. Quin *συναγειν* quoque interdum ad communionem admittere accipitur, ut apud Epiph. hæres. 68. *ἀναγκαζομένης Ἀλεξάνδρου τὴν Ἀρείου συναξαίαν εἰς κοινανίαν διδάσκειν*, vel *κοινωνεῖν τῷ Ἀρείῳ*.

O B S E R-



OBSERVATIONVM  
SACRARVM, LIBER SECVNDVS.

ORIGENIS in Iob Commentarius multis locis repur-  
gatus. CAP. I.



**I**ACHIMO Peronio eruditissimo viro plurimum sanè debemus, qui multos Græcos Authores in Latinam linguam elegantissimè conuertit. At multò plus ipsi deberemus, si ad eximiam quandam ac singularem vertèdi elegantiam, eam quoque, quam par erat, Græcæ linguæ cognitionem, maioremque etiam aliquantò diligentiam adiunxisset. Quorum alterum cùm semper, alterum nimis frequenter, in eo à plerisque viris summa doctrina præditis desideratum sit, hinc factum est, vt longè plures grauiorésque quàm vellem, in ipsius interpretationibus errores reperiantur. Nam & Græcæ linguæ non satis ampla cognitio hoc ei attulit, vt & in iis vocabulis, quæ plures significationes habent, & in iis phrasibus, quæ à Latinis paulò longius remotæ sunt, haud rarò lapsus sit, & rursus nimia festinatio hanc ei fraudem contraxit, vt in iis vocibus, inter quas literarum exigua dissimilitudo erat, alteram plerunque pro altera acceperit, non sine luculento sententiæ dispendio. Non enim hîc addere libet, quòd in sanandis Græcis vulneribus, quæ quandoque multa ei occurrerunt, nec agrè curari potuerunt, parum eluxerit ipsius industria. Quæ cùm ita sint, neminem tam morosum fore puto, vt mihi vitio vertat, si, quid mihi eius in Origenis, aut certè peruerusti cuiusdam ac pereruditi viri Commentarios in Iob interpretationem cum eo ipso libro Regiæ Bibliothecæ, quo utebatur, conferenti notandum visum sit, in hunc librum coniecero: præsertim cùm Græca nondum in lucem exierint, vt ad ea quispiam Latina exigere queat. Id autem faciam quàm breuissimè, ac sine vlla optimi viri, qui pridem è vita discessit, insecratione. Neque enim meum est eius Manes incessere, qui scriptis suis Galliam nostram illustrauit, Theologorumque ordini summo semper ornamento fuit.

In Præfat. Iustorum laudator non ad voluntatem affectionemque laudat, sed falsò quæ in sancto viro insunt, enunciat. Hic Græcè quidem *Ἰουδαῖος* legitur, sed sensus ipse, vel me tacente, clamat à *Ἰουδαῖος* legendum esse. i. verè. Paulò pòst, videbatur aliquid pati generi Esau. Gr. *ἀππίαχου*, contrario quodam modo affectus esse. Et mox, Vt igitur omnis etiam homo Deo discumbit, sic non omnis, &c. G. *ὡς περ οὐδὲ τῶν πάντων ἀνθρώπων τῶν θεῶν ἀγαπήσμενος, ἔτι πάντες δέ,*

&c. i. quemadmodum videlicet, & quisquis Deo se totum consecravit, non item quisquis ex Iacob ortus est. Cap. 1. nulla in re seipsum derisit. G. μαμψιδρος, nulla se labe infecerit. Neque enim ratio, qua cum filiis collatus est, G. χείσις ἢ πατρὸς τῆς παίδας .i. affectio erga liberos. Paulò post, Eademque expiatio cogitationis erat curatio, peccatis non praestantibus. G. ἀμαρτημάτων ἔχοντες. Fortasse tamen legendum ὑπαρχόντων .i. existentibus. Infra, & cum Loth, &c. Sic lege, & Loth cum Sodomitanis, sed in reprehensione non incurrerunt. Non longè post, virum ipsum bonis, &c. Sic verto, simul quidem & illum bonis virtutibusque suis ornans, & hunc (s. Saranam) eò pertrahens, ut omnia quæ in illum cogitaret, in apertum proferret. ἐξελκόμενος ἐκρήξαι, idè quod εἰπεῖν, vel ἐκλαλεῖν. Rursus infra, si in tanta rerum omnium abundantia quæ munita esset, &c. Et si ad sensum non multum interest, tamen non intellexit Interpres in his verbis, τὸν ποσοδὸν ὄγκον πλῆθους ἀειβελήμων, postremum hoc vocabulum idem esse quod ἐχρήσατο, vel κερτήριον. Multò gravius est id quod sequitur, sed ille antevertit ut vinceretur. Tibine satis est iustum munire. G. ἀλλ' ἐφθην αὐτὸς κρατηθεῖν, ἢ τὸν δίκην ἄρκυσι ἀειβελῆν .i. Verum ipse prius victus captusque est, quàm ut iustum virum rebus suis implicare posset. Ibid. Habes eius res omnes firmare. G. κείρειν .i. populari. Verbum hoc confundit interpres cum κυροῦν. Nihil enim eorum quæ sunt, &c. Hæc sic leguntur in Græco, ἔδεν γὰρ τῶν ὄντων ὡς ἐν λελόγηται παρὸς τὴν φύσιν. Non longè hinc, effundebatque multitudinem. Sic in Græco, τὸ πλῆθος ἐκχέειν. Vbi tamen nō minus aptè fortasse legeretur, τὸ πῆθος ἐκχέειν. Mox, qui non humanitate ductus hoc bellum cum Iob susceperat. G. ἢ φιλαυγαπία τῶν ὄντων (sic enim lego, non vnica voce τῶντων) πόλεμον ἀραμίδος .i. non humanitate eius qui bellum inferebat .i. diaboli. Hoc enim vult, diabolum hoc vno tantum nomine seruo illi pepercisse, ut calamitatem illam Iobo nunciaret. Sed alternæ incidebant. G. ἀλλεπάλληλοι, conglobata, alia super alias. Omnium pecuniarum rerumque. G. βληχημάτων, pecudum.

Cap. 2. ait ei qui ad grauioribus iniuriis & mala lacessiuisset. Græca phrasis, χειρὸν ἀδίκων ὑπάρχειν, de eo dicitur, qui prior iniuriam infert, non tamen animo dedito malis. G. ὄχι ἐκδιδύσας τῆς ψυχῆς, succumbenti malis. Paulò post, nihil illic erat premens tota nocte, percutiens interdium. Hoc loco corruptè legitur in Græco, ἔδεν ἐκεί τὸ γλίβον. Emendo, ὁ δ' ἐπέκειτο γλίβον .i. Ille autem instabat premens. Ibid: siquidem deditus erat is qui feriebatur. G. ἢ ἄρ' ἐπέδιδε, potius quàm manus daret is qui feriebatur. Mox, sed immutatus permanebat. G. ἀπρότος, vitiosè legitur pro ἀπρωτος, i. inuulneratus. Ibid. tela inania reddidit. G. ἐκένωσε τὰ βέλη ὁ πονηρὸς .i. Malus ille tela omnia sua effudit. Et infra, acriter in eam inuolans. G. ἀπειδὼν. Legendum autem ἀπειδὼν .i. intuens. Aliquantò post, non causam vllam ut iniuste res administranti exponebat. G. ὄχι ἐπισηπῶν .i. non eum reprehendebat, ut iniuste res administrantē. Paulò post, pro seipsum expiabat, pone, ipsum iustificabat. G. ὁσίαν αὐτὸν. De Iobo enim loquitur, qui Dei iustitiam omnibus in rebus agnoscebat. Ibidem, Ecquid autem non detraxerat. Repono, Quasi quàm non ille quidem detraxerat. In Græco, χεῖρα τοῖς, legendum, non χεῖρα. Nō ita multò post, pro, non eis qui ipsi aduersi erant, molestum non fuisse, verto, nō solum sui ipsius curam habuisse. In Græco enim lego, τῶν χεῖρ' ἐαυτὸν ἐφρόνιζε, non ut mendosè scribitur, τῶν χεῖρ' ἐαυτὸν ἐφρόρποιε. Infra, date consilium viro ut in Dentm diceret. G. ἀπνεῖσι χεῖρ' ἐφ' ἐγὼ ξασα. pro quo lego ἀπνεῖσι .i. ἀποπνεῖσι, absurdum aliquid & inconcinnum.

Rursus

Rurfus infra, pro, id quod etiam tres amici fecissent, pono, id quod etiam tribus amicis accidit. Mox, sine veste esse. G. ἀρέτιον, sine lare. Paulò inferius, Vt igitur ego ipsa, &c. Hæc sic lubentiùs verterim, Vt igitur nec ego ipsa tantùm ridear, non ferens risum procacium hominum, nec tu miserum spectaculũ spectantibus propositus, causa damni sis infirmis, quasi non sis curæ Deo, nec ipse simili tibi conjunctus sit, collecta mente tua Deo, qui te in lucẽ protulit, supplicia, vt tibi celerem mortem inferat, quòd faciliùs morte tua & suspiciõẽ aduersus Deum tollas, &c. Hoc loco ἰκέτης idem est Interpreti quod οἰκέτης, & suspicio aduersus Deum Iobo male attribuitur. Non longè hinc, grauitatem dolorum. G. παράτασιν, productionem. Aliquantò post, labiorum sacrificio. G. παροφθαλμῶν, prolotione, non autem παροσφορῶν.

Cap. 3. magnum certè affligere. G. κῆτος χειρώσατο, cete subigere. Proximè, Vtrumuis dicatur, dicetur accusatio, G. λευθρήναι ὑπὸ κάπον. Lego tamè ἀνυπαπίως .i. citra reprehensionem. Hanc enim emendationem sensus flagitat. Mox, æqualẽmque tributionem quæ inter ipsos est eorum qui illic sunt. G. ἰσονομίαν ἢ εἰς ἀλλήλους ἢ ἐκείνους .i. mutuam æquabilitatẽ eorum qui illic sunt. Ibid. vnitatẽ auarorum. Corrige, vanitatem. Quod sequitur, valde in Græco deprauatũ est, ac diuinatoris cuiusdam operam mihi requirere videtur, διδάσκει καὶ τὸ πάνατο εἰρήνην τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ποσὶ καὶ τὸ πνεῦμα τῆς ἀνθρώπου, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα δειδραμμένον λοιπὸν πῶς ἔσται πολιτείας λόγον. Mihi quidem non ineptus sensus extiturus videtur, si legamus, καὶ τὸ πνεῦμα ἐγκύβητος, &c. vt horum verborum hæc sit sententia, Docet homines illic delinere huiusmodi rerum studio incumbere, quòd iam reip. gerendæ ratio preterierit. Cui tamen emendationi non plus tribui volo, quàm docti & candidi Lectores tribuendũ iudicant. Mox, labores corporis. G. κατὰ κόπον σώματι .i. corporis laboribus fracti. Ibid. eiusmodi cõsequentia. G. συμπόματα, calus. Infra, & iracundia, &c. G. καὶ ὡς ἐν ἡμερησίου κενόθυτος ἐξ ὀργῆς. pro quo substituo, καὶ ὡς ἡμέρη πικραίνου κενόθυτος. Et rursus, quanto cū dolore avari nacti, thesaurum exhauriunt profunduntque pecunias. Sic verro, cum quanto (s. gaudio) avari nacti thesaurũ, pecunias eruunt. Hoc enim hĩc significat ἐξαιτῶσι, nõ profundunt, quod pugnat cū verbis Iobi. Ibid. Mors cū dissoluat amicitias. G. ἀνίας .i. mærores, non ἀνοίας. Vers. sequenti, peccatorũ quietẽ afferat. Aptior mihi sensus videretur, si pro ἀμαρτημάτων, καμάτων scriberetur. i. laborum.

Cap. 4. animi contentionẽ excluderet. Corruptè legitur in Græco ἐκλύση. Emendat Interpres ἐκλύσει. ego ἐκλύσει .i. frangeret, dissolueret. Vers. seq. Impellat naturam ad assentiendũ Deo. G. εἰς συνάθεσιν ἀγειρῆ φύσιν τῆς θεῆς .i. naturam eò ducit, vt Deum persentiscat. Paulò post, accommodatam rerum effectiõnem. G. ἢ οἰκείαν δημιουργίαν, suimet structuram. Ibid. hominem ingratum nihil esse censeat. Mihi vox ἀχάριστον vacare hoc loco videtur. Mox, nec omnium qui contempti sunt, futuram esse rationem & iudiciũ. G. καὶ ὅτι ἐξέτασις ἔσται ἐν παντί τῶν παρεσχημένων .i. quòdque examinatio futura sit cuiuslibet rei, quam neglectim transimiserimus.

Cap. 5. parricidam persecutus. G. ἀνθρώπου, vltro ac sponte. deuorabuntur, lege, deuorabunt. Mox, sed superant. G. ἀλλὰ ὑπερέχουσιν. Fortè tamen legendũ, ἀλλὰ ὑπερέχουσιν. Hoc enim vult, eas demum naturas passioni subiectas esse, quæ & mentem & sensum habent. Infra, facillimè famem explere possunt, & facillè percipi, &c. Græca sic habent, ῥάστῳ ἔχουσιν ἐσθίαις ἢ ἀναπλήρωσιν, καὶ εὐμαρῆ ἢ μετὰ λην, τῆς θεῆς ἕτοιμα βοηθῆντος κατασκευάσει (lego κατασκευάσει) τὰ τῆς φύσεως ἐλάττω εὐκίνητα τοῖς πλεροῖς .i. Facillimè famem explere, & nullo negotio cibum

capere possunt: quòd nimirum Deus animantia ita efficere voluerit, vt quæ alioqui suapte natura facile capi possunt, ea pennarum adiumento facile se mouere loco possint.

Cap.6. Noli comparare, &c. Nil hoc loco necesse puto quicquam in Græco immutare. suauem odorem efflare in ædibus, G. ἐνοίκοις vnico vocabulo. i. domesticis. Paulò pòst, nec cõmunis naturæ pudorẽ suscipiant, αἰδῶ λαμβάνοντες .i. αἰδέμενοι .i. nec communem naturam vereantur, vel, communis naturæ cogitatione commoueantur. Infra, gloria & diuitiæ quæ conciderunt. Verto, gloria & diuitiæ, stuporẽque afficiant. Hoc enim significat ἡσυχία, nō concidere. Inglorius. G. ἀναυδος .i. sine voce. Ibid. vt etiam nulla &c. Sic verto: Quare etiam si nullam mei rationẽ habetis, at certè vulnus meum intuentes, metum concipite, communẽ naturam miserantes. In Græco, τὸ κοινῆς φύσεως ἔλεον ἐπάσκαρτες, pro eo lubens legerẽ ἐλάσκαρτες, ni sensus repugnaret. quare ἀπάσκαρτες potiùs amplector. Nō multò pòst, Etenim si quod mihi viaticũ ab hominibus præberetur. G. εἰ μὴ γὰρ ἐφοδος τις ἴδω ἐξ ἀνθρώπων .i. si homines in me aliquem impetum fecissent. Confundit Interpres ἐφοδον & ἐφοδίον. Paulò pòst, mala veracis verba videntur, φῶλα contemptibilia. Ibid. Cũ enim auxilium fert Deus. G. ὕταν ἢ ἐκ θεῶ ἐδῶ ὑπικεῖα .i. Cũ autem Dei auxilium se remisert, hoc est, præsto esse desierit. Mox, & mundus sit is qui sciat. G. τὸ σιωπῶδες καρδίᾳ, cũ munda sit conscientia.

Cap.7. Vita est approbatio. G. δεικνύμιον, exploratio. Proximè, Vnusquisque quasi hodie mercedem accepturus ita viuet. G. Σποτίσιον est in Græco. Sed cũ hæc vox non congruat mercenario, in eam sententiam me sensus ipse adducit vt legã ἀπατήσιον .i. expetiturus. Sicque ibid. pro εὐμελείᾳ τῆ παρ' αὐτῶ (quod Perionius vertit, felici successu quem ab eo exspectat) haud paulò lubentius legerim, εὐνοία τῆ παρ' αὐτῶ .i. vt ipsius beneuolentiam sibi conciliet. Mox, pro sentio semper, &c. lego, sentiebam semper: sed percussus sum, animo licet ita comparatus. ac tantis flagris verberatus sum, vt & interdium & noctu contraria concupiscam. Hic enim in Græco lego πιαύτη μάστιγι ἤκισμαι, non τῆ αὐτῆ, alieno sensu. Infra, doloris magnitudine victus, G. ἀγγροδρος, præfocatus. Ac rursus imbecillitatem incit probatio. G. βάσανος .i. cruciatus. Rursus infra, Si homo tuo præsidio & auxilio caret, & ei instat is qui eũ considerat. G. εἰ ἀνθρώπος ἐκτός τ' ὄντος ὑπικεῖας (addo, ὅθεν ὄντι) τὸ το δὲ μόνον ὄντι ὀπισκίπῃ αὐτῶν .i. Si homo extra opem tuam nihil est, hocque tantum est, quod tu viuitas eum.

Cap.8. cõtinente etiam ipse sermone inuento omnibus qui fateatur, ex vtraque parte infert. G. σιωπηκώτατοι ἢ αὐτὸς λόγον εὐρανὸν πρὸς πάντα ὁμολογέμενοι. i. primariam ac generalem ipse quoque rationem, quæque apud omnes in confesso sit, nactus. Proximè, id quod quærebatur ex iis quæ ad partem accommodantur docet. G. πεινῶται ἢ ἐκ τ' ἢ μέρος τ' ἀπέδειξεν .i. à particularibus id probat. Mox. Hoc etiam iusto homini ascripto cũ reliqua accommodatè ad persuadendum admonuisset, hoc ait. Gr. τὰυτα τῶ δικίῳ λόγῳ ἀναγεις, ἢ τὸ λοιπὸν ἀξιολόγως παραμένεις ἐπὶ τὸ σιωπηκὸν ἦκε (licenim lego, non vt corruptè in Regis libro ἢ ἰσὶ) φάσκων .i. Hæc cũ iustæ rationi ascripsisset, ac reliqua præclare admonuisset, ad id quod præcipuum erat se contulit, dicens. Infra, Omnis natura quæ extrinsecus erogatur, Gr. ἐργαζομένη, erogat.

Cap.9. contrarium ipsius sustinuit. Gr. ἐναντίον αὐτῶ, coram eo. Mox, qui magnas res cõmutat. G. ἀναλωθῆναι πινῶν .i. efficit vt consumantur. Ita vertit Perionius, quasi ἀλλοιωθῆναι esset in Græco. Paulò pòst, non in actionis verbo, sed in

sed in illo libertatis & potestatis cursum conficiens, & τῆς ἀράξεως λόγῳ, ἀλλ' ὅτι τὸ δὲ ἀδυσθείας ἀναδραμῶν .i. non actionis ratione, sed auctoritatis. Mox, Hyas enim cum oritur. Pleias est in Græco, non Hyas. Infra, me abnuere non finit, ἀναρῶν, caput attollere, respirare. Ac rursus, quod possit omnia, τῶ πάντων κρατεῖν .i. quod omnibus imperet. Et paucis interiectis, Deo non oblitat, sed eum celebret. G. ὁ δὲ ἀνομιματεῖ (lego ἀνομιματεῖ .i. ἀνομοφθαλμῶ) ἀλλ' ὅσοι αὐτὸν .i. Deum minimè ex aduerso intuetur, sed eum iustum prædicat. Verto etiam paulò pòst, Nō omnis profus qui aliquibus acerbitatibus oppressus est, ob peccatum castigatur. Aliquantò pòst, sic vertendum, Si enim posteaquàm ob eam plagam tam insignis fui, ex hac me rursus eripere volueris. Ibid. neque humanitat. Latina hoc loco lacunosa sunt, Græcàque haud dubiè vitiata: & δὲ τὸ φιλανθρωπίαν ἔπιγραφήσῃ. Mihi certè non displicuerit, si quis pro & δὲ reponat σὺ δὲ .i. tu autem humanitatis laudem ac titulum tibi vendicabis.

Cap. 10. non odij & deformitatis plenum. G. μύσους, abominationis. Mox, quod nondum sit figuratus. G. λυχρῶν, animatus. Infra, Intueris enim omnia, & iuste scrutaris. Non enim dissimilem te delinquentibus præstas, præsertim cum æquitas tua se prodatur. G. & διγῶς ἐπέεργη. & γὰρ ἀδυσφορεῖς ὅτι τοῖς πλημμελεῖσι. τὸ γὰρ ἀδέχεσθαι σου ἐπαλιώει. vbi tamen ἐπαλιώει legendū censeo .i. Intueris enim omnia, ac iuste vlcisceris. Non enim hominum scelera iusque deque habes: quippe cum incorrupta tua iustitia ea vindicet. In fine cap. vt interim conuiescam. G. ἀναπνέσω, respirem.

Cap. 11. nam neque is qui perit. G. τὸ νηχρῶν, id quod natat. i. piscis. Interpretata vertit, quali esset οἰχρῶν. Infra, lic nihil malorum tuorum. G. δειμάτων, terrorum. Paulò pòst, Vita autem tibi eueniet tanta. G. ἔπιέρουσι, scaturiet. Confundit Perion. ἔπιβάνειν & ἔπιέρουεν. Mox, eorum quæ expectant desperationem. G. ἐπὶ ἀνεπίφοις ἔχοντες τοῖς ἐλπίδας .i. in desperatis rebus spem positam habentes.

Cap. 12. qui liberè in causa dicam. G. παρρησιάζεσθαι εἰς τὴν αἰτίαν, liberius causam (sc. mali) exponere. Possit etiam legi pro αἰτίαν, αἰτίαν eodè sensu. Proximè, His enim docetne, naturam quidem. Lege, docet ne naturam quidè. Ibid. vt eum dicamus significare leones. G. ὡς φέρε εἰπεῖν οἱ λέοντες .i. vt, verbi gratia, Leones, &c. Mox, quæ Balaam allocuta est. G. διελέγασα, quæ coarguit. Infra, Odit enim improbos, omnesque qui imperant manibus iniquis. G. τὰς ἀφῆστας χειρῶν ἀδικῶν .i. qui alios lacesunt, iniuriæque authores sunt. Non longè hinc, qui in Dei spe acquiescebant. G. τῶ θεῷ ἀνακείμνουσι .i. qui Dei cultui totòs se dicauerant. Paulò pòst, cum impietatem à Deo evertunt atque tollunt. Mendosè hoc loco scribitur in Græco, ὅταν δὲ ἀσέβειαν ἔσθαι γὰρ ἀνατραπῶσι. Censet autem eruditissimus, mihi que amicissimus Theologus Genebrardus εὐσέβειαν legendum. Ego tamen non illibenter legerim, ὅταν δὲ ἀσέβειαν ἀνατραπῶσι, sensu hanc mihi correctionem distante .i. cum ob impietatem à Deo evertuntur. Infra rursus, Charissima quoque Susanna, σεμνοτάτη, grauissima, pudicissima. Non longè hinc, eorum meminere quæ ad partem accommodantur, μνημονεύεις τῆς χεῖρος μέρος .i. Posteaquàm particularium mentionem fecit, atque ex his etiam prouidentiam ostendit, ne quis eum ex particularibus duntaxat prouidentiam scire existimaret, &c. Ibid. subiicere etiam. G. ἔπιφέρειν. Sensus tamen apertissimè ostendit legendum ἔπιφέρειν .i. subiungit. Infra, Inter se discordias seuerunt. G. ἀλλομαχὰς συστάμενα πρὸς ἀλλήλα .i. cum mutuum fœdus ferissent.

Cap. 13. aut quòd ipsius persona non accipiatur? Qui hoc præcepit. Græca hoc loco valde deformata sunt, ἢ ἐπὶ τῷ μὴ λαβεῖν πρῶτον, &c. Quæ tamen sic mihi formam receptura videntur, ἢ ἐπιθυμῆ λαβεῖν πρῶτον, &c. i. An is personam accipere cupit, qui hoc præcepit, &c. Paulo post, quoniam Deum iniuria irruere existimastis. G. ἀδικία ἐπιτρέχειν, ad iniustitiam accurrere, hoc est, iniustitiæ favere. Mox reprehensionem causam esse inueniam. Sic in Græco, τὸ αἰτίαν εἶρω τὸ ἐλεγχοῦ. Fortasse tamen legendum τὸ ἐλέγχου. Ibidem bis interpres βάσανον probationem vertit, cum cruciatum potius vertere debuerit. Infra, Atqui in probatione tamen conscio propinquo & necessario non obstupesco. Vbi certè fædè labitur Perionius. Sic enim habent Græca, κήτοι ἐν τῷ βασανίζεσθαι, ὁμοίως (sic lego, non ὁμοίως) τῷ οἰκείῳ συνειδήτους οὐκ ἐξίταμι. i. Atqui dum crucior, non tamen à mea conscientia excedo.

Cap. 14. Si etiam nonnunquam inconsideratè &c. Hæc sic verto. Sed si nonnunquam ob negligentiam (ἐξ ἀπροσεξίας) tale aliquid eveniat, ad se mox redit, ne deinceps in illud incidat quod condemnauit. Quis enim hoc loco non videat legendum in Græco, εἰ κατέγω, non εἰ κατέγω, absurdissimo sensu? In fin. dentes simul incolumes erunt. Malim, obstupescerent.

Cap. 15. Omnis sermonis contentio ad subiectionem referebatur. G. ἀνυποφορῶν. Mox, qui ita es contentus. G. ἔπας ὄντι φιλονείκῳ. i. qui tanta contendendi libidine flagras. Paulo post, aut in te vno remansit sapientia. G. ἐνεκένανται, effusa est & exhausta. Ibid. quanquā nihil inimicum. G. κήτοι ἐδὲν ἐρῶν. quæ verba redundare videntur. Aliquantò inferiùs, Eos autem iustos rectè narrasse hinc sciri potest, quòd hoc sibi honori ac dignitati ij, qui tum pij erant, ducebant. G. σμῆρον δὲ ὅτι δίχμοι, εὐθουῶντες (sic lego, non εὐθύωντες) διηγήσασθαι. τὸ γὰρ ἰὸ γέρας τότε τοῖς ἠσθετέσι, τὸ &c. Hoc autem argumento est eos iustos fuisse, quòd prosperis rebus vtentes hæc narrarunt. Nam tum piis hominibus hoc præmium erat, nimirum sine molestia esse in terra, &c. Non multò post, & discedens nugatus sit in eum. G. ἀπωλαλάσαστο πρὸς αὐτὸν. i. arrogantia aduersus eum vsus est. Mox, Deo frater erat, sed omnibus armis suis atque voluptatibus vim inferebat. Sic tamen malim, In Deo enim non confidebat, sed in armis suis, atque ob luxum & voluptates contumeliosus erat, ἢ τῇ περὶ ἐξέουεζε. Non longè hinc, Non enim benevolentia laudem facit, &c. Sic verto, Nec enim benevolentia ad hanc confessionem adducebatur, sed quòd cruciatus minimè ferret. Nonnullis interiectis, in terram reponetur. G. ἐνεανήσεται, exarscet.

Cap. 16. non consolandi mei causa, sed remittendi. Verùm an non clepsydra lege loquimur, aut contra calamitates de quibus queritur? Hæc ad hunc modum reddo, non consolandi mei causa, sed mœrore afficiendi (τῷ αἰένῳ, non autem αἰένῳ.) Verùm an ad clepsydra legem loquimur, ac non potius ad presentes meas calamitates. hoc enim significat, πρὸς πῶς ὑποκειμένης συμφορῆς. Versu seq. Tecum loquor tibi consulens, sed grauias tibi sunt verba mea. Mendum hoc loco in Græco irrepsit. Legendum enim ἢ φορητός (non φορητός) σοι εἰμι φεγγόμοσ, εἰ, &c. i. An grauis ac molestus tibi sum loquens, & grauias, &c. Mox, vellème his talibus verbis vri? Infestusque venirem ad amicos meos qui decumberent ac iacerent. G. ἀγαπητὸν ἰὸ ὑμῶν εἶναι πρὸς λόγους ποιήτως. i. gratumne vobis esset, me in talibus sermonibus versari, ac iacentibus amicis insultare? Non longè hinc, pericula vniuersa in me immisit. G. πειρασθήσεται, tentationes. Aliquantò post, Dei testimonium probo. G. ἐκδέχομαι, expecto, non au-

non autem *ὑποδύχουμαι*. In fin. capitis, non rectè me circumuenire. Gr. *φωλιζέω*, vilipendere.

Cap. 17. quorum causa oculi ferè euulsi sunt. Gr. *ἐξέρρησαν* .i. effluerunt, non autem *ἐξέρραγισαν*.

Cap. 18. quòd eius facultates ipsum ad amentiam adegerint, &c. Gr. *ἔπι δὲ τῇ ὕσσει γεγηθότα ἐ μονοεχὶ λέγεται* .i. cum autem ob facultates suas gaudentem, ac modò non dicentem, &c. Interpres hìc *γεγηθότα* pro *μεμλυότα* sumpti: Paulò pòst, quiduis etiam inferunt. Gr. *ἐμφοροῦται*, quibusuis etiam cibus se ingurgitant. Mox, scelesti hominis viuendi genus. Gr. *κατατροφὴ* .i. exitum, finem.

Cap. 20. vt eum falsi accuses. *Ἐπισκήπη*, reprehendas. Paulò pòst, veniam peccatorum consequuntur. Dura mihi phrasis videtur, *ἐξίλεσθαι τοὺς ἀμαρτίας*. Ac suspicio mihi quædam oriatur corrigendum esse *ἐξωνεώσθαι*. Loquitur enim de iis, qui sola largitione peccata sua se redempturos putant. Non multò pòst, eorum enim apparatus. Gr. *συναγωγὴ*, collectio. Aliquantò longiùs, quòd tecta & laquearia non etiam lateant. Gr. *τῶν ὀρόφων ὄντων μὴ κεκαλυμμένων* .i. quòd culmina minimè tecta sint. Paulò pòst, neque hoc non ei eueniet, verùm etiam clementia ipsa, &c. Verto, neque hoc tantùm ei eueniet, verùm etiam clementia ipsa.

Cap. 21. ex iis quæ patiuntur. Gr. *πάχω*, patior. Mox, iusti ergo sunt ex iis quæ ipsis accidunt, Gr. *ἐξ ὧν πάχουσι*. Vbi tamen addendam particulam negatiuam existimo, vt sit sentius, Si ipse propter calamitates iniustus habendus sit, profectò iustos esse eos, quibus nihil aduersi accidit. Eodem versu addit de suo interpres, omnium consensu. Infrà, Nec impium eum qui cum præclare agit, Gr. *ἐδὲ ἀσεβῆ τὸν ἐπιτραφέντα*. Vbi tamen ex eo quod præcedit, legendum *ἐσεβῆ*, non *ἀσεβῆ* .i. pium. Non multò pòst, neutro modo se in impios gerat, Gr. *ἀδικοῦμαι*, impiorum scelera non curet. Non longè hinc, cùm remuneratio causam recipiet. Gr. *ὅταν ἀπολαμβάνῃ τὰ ἔπιχρημα* .i. cùm scelerum pœnas recipiet. Paulò pòst, Nihil enim noui cuius affertur præter sua mala. Græca hoc loco contaminata sunt, *κενὸς γὰρ ἀπασί, μηδὲν ὑπερέσθαι*, &c. Sic tamen repurgari posse mihi videntur, *κενὸς γὰρ ἀπασί, μηδὲν ὑπερέσθαι* .i. Inanis enim quilibet est, nil secum portans præter sua mala. Aliquantò inferiùs, Illum quidem in regia. Gr. *ἐν ὑγείᾳ*, in sanitate. Nonnullis interiectis, ac de aliorum hominum sapientia detrahatis. Gr. *ἐ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων δι' ἀμαθίαν καταλαλοῦντες* .i. ac de aliis hominibus ob inscitiam detrahatis.

Cap. 22. quid ad eum sanctitas tua attinet? Gr. *σωτελεῖ αὐτῶ* .i. ei prodest? Paulò pòst, Permittebat enim vt tu qui homo esses, &c. In Græco non *σωτελεῖ*, sed *ἐνεχάρι* habetur .i. *ἐνεδέχαιο*, contingere poterat. Infrà, quis sapiens iulani. Gr. *παρηγοῦμαι*, admonet. Non multò pòst, nec Deum honore afficis. Gr. *ὁσιον*, iustum prædicas.

Cap. 24. An perspicuè, &c. An non perspicuè. Mox, pro supplantato iure, lege calcato iure. Gr. *πατήσαντες*. Paulò pòst, de statu mentis dimoti sunt. Gr. *ἐξοίστησαν*, velut celtro quodam perciti sunt. Non longè hinc, conuiuia latronibus dederunt. Gr. *συμπόσια ληστῶν ἐπιέσθοντο* .i. latronum more conuiuia celebrabant. Non multò pòst, neglexerunt. Gr. *ἀφιμάτωσαν*. Legendum tamen *ἀφαιμάτωσαν*, vestibus spoliarunt. Mox, cùm rori per imbres expositi fuissent. Gr. *τῇ δρόσῳ ἀφ' ἑσπέρας γινόμενης* .i. cùm rori toti maderent. Quibusdam interiectis, præter modum eorum scelera accusans. Malim, maiorem in modum,

Ἐπιβαλλόντας. Ibid. eis qui nulla re ab eis differunt. gr. τὸς ἔδεν αὐτοῖς ἀφ' ἑρποντας, qui nihil ad eos attinebant, in quos nil iuris habebant. Verf. seq. quòd culpa sua ignorarent esse vnquam iustitiam. G. ὅτι μορφηίας ἀγνοοῦντες οἱ πῶποτε ἔστιν ἡ δικαιοσύνη .i. improbitate sua ignorantes quidnam tandem esset iustitia. Infra, quæ rectè coniuncta esse dicta sunt. τὰ χαλὰς ἡρμισμένα lego, non εἰρημύρα, vt in libro Regio. De coniugiis enim loquitur aptè connexis. Verf. seq. Vt etiam prædo ipse. Hic quoque corruptè scriptum reperi, ὡς αὐτὸς, pro ὁσαύτως .i. Eodémque modo prædo alienos labores surripiens homines venter, ὑφορᾶται. Infra autem pòst, odit lucem, adde, & non venit ad lucem. Verf. seq. Ionúmque metuit. gr. Ἐφοδὴς, meticulosus est. Mox, etiam tempore improbos supplicio coërceat. gr. χερόν .i. βεχδέως, tardè. Vno versu interiecto, sterilis procuratione digna est, φειδὸς .i. ἐλάς, misericordia.

Cap. 25. Cur Deum timere existimas ea quæ ais. Sic corrigo, Quid Deum perterrefacturum te putas per ea quæ ais. φοβέιν enim est in Græco, non φοβέσθαι. Paulo pòst, non quidem ratione conuersationis. gr. ἔ τῷ τῆς πολιτείας λόγῳ, non quod ad vitæ rationem attinet.

Cap. 26. disputationem peruenire voluisti. gr. ἀσπόρουν, quæstionē. Paulo pòst, nec motus habitus. gr. πνεύματος, venti. Mox, aut confundi. G. συχνηύαι, contineri, conseruari. Sic vertit Perionius, quasi esset in Græco συχνηύαι. Infra, aqua quidem est in mari. G. τὸ μὲν ἐν θαλάσῃ, partim est in mari. Verf. seq. Dei autem voluntas etiam eius quasi columna & firmamentum. G. τὸ δὲ καὶ ἐν τῷ στερώματι αὐτῷ. sic enim legendum, non τὸ στερώμα. .i. partim etiam in ipsius firmamento. In quo cæcutit Interpres, qui pro τὸ δὲ, legit θεὸς δὲ. Non multò pòst, Vt enim cælum facit, ait, adde, Ego manu mea fundavi cælum. Infra, fulgure tutam reddidit. Legendum, fulgure tutos.

Cap. 27. iniuria eum sententiam tulissent. Inique in eum. Vno versu interiecto, Non tamen ego, inquit, vobis cedens innocens esse desinam. G. ὑμῖν προσφιλον εἰκῶν. Legendum tamen haud dubiè vnica voce προσφιλονεκῶν, vobiscum contendens. Mox, si quis non loquatur quod suggeritur. G. τὸ παρὰ τὸ μῆν .i. quod in mentem venit. Nōn multò pòst, pro, etiam si eum calamitas, &c. repono, Quòd si etiam eò necessitas quædam eum adigar (s. vt Deum oret) tamen quoniam non amore, &c. Infra, cùm febris augetur. G. προσγιγνεται, oritur. Non longè hinc, perfecto expletòque modo peccatorum. G. μέτρον, mensura. Verf. seq. quandoquidem nil boni disseminauerunt. G. κατεπαράξαντο, corruptè tamen. Lego igitur, non inuerecunda, vt opinor, mutatione, κατεπαράξαστο .i. fecerunt.

Cap. 28. lapis solutus calore in æs vertitur. Sic verto, æs instar saxi cæditur, λατομείται. Proximè, Nemo enim eorum quæ sunt, alius opifex ita loquitur vt ipse Deus. Sic corrigo, Nemo enim eorum quæ sunt alius est opifex, quem admodum ipsemet Deus quodam loco ait, Meum est aurum. G. χαλὰς αὐτὸς που φησίν. Non multò pòst, & mensuram torrentis ei constituit. Enendo, mensura torrentis ei cognita est. αὐτῷ ἐγνώσται. Vno versu interiecto, subito obiectam terram superent. Corrige, subito ingruant (ἐπιδόν) ac subiectam terram interrompant. Infra, terræ inconstantiam. G. ἀπὸνίαι, imbecillitatem. Aliquantò pòst, excelsos montes ex gradibus euellit. G. ἐκ βάθρων, radicibus, ab imis fundamentis.

Cap. 29. sciantem etiam folium, vt ius eis qui in iudicium venirent, redderet. Sic malim, sequente etiam subsellio, vt litigantibus ius diceret. G. ἐπομύει (ita enim

(ita enim perspicuo legendum, non ἐπόμυον) τὸ ἴσον πρὸς τὸ κρίνειν τοῖς δια-  
 ζουχοῖς. Neque enim alioqui ἐπεὶ δὲ Genituo iungitur. Paulò pòst, silentium  
 obseruantiam, &c. Sic lubentius verterim, silentio obseruantiam ostendebant,  
 digito nempe ori admoto, vt ceteros in officio continerent, τὸ καὶ ἀπέλλειν.  
 Versu seq. tamen iustitiam parem excitauisse. Repono, tamen pari iustitia præ-  
 ditam fuisse, atque in Græco pro ἐκκέντητο, quod mendosum est, substituo  
 ἐκέκλιτο. Mox, parit enim licentiam fatietas. G. ἕβριν, petulantiam. Infra, ne  
 bonum amare putaretur. G. τῆς χρημάτων ἐρᾶν, opes amare. Et statim, ad pul-  
 chritudinem accommodata, G. ἀπαρτίστα, id est, vt opinor, ἀσύγκριστα, in-  
 comparabilia. Non longè hinc, Ita vt ipsi putarent, quorum membra malè affe-  
 cta essent. Corrigo, ita vt ipsi putarent se integris membris esse, ac per membra  
 mea operari. G. ὅτι ἄρτιοι τὰ μέλη ἀλάκεινται. Aliquantò pòst, expectabant sen-  
 tentiam. G. προσέχον .i. animum attendebant. Non longo interuallo, Riden-  
 dum censuit. Malim, Ridere dignatus est. In fine, exquisiui primum locum:  
 παράγμιστα est in Græco .i. negotia.

Cap. 30. eorum animum coniunxit. G. ἐφρένωσεν .i. sapientem reddidit. In-  
 fra, Omni ex parte qui circum me habitant, me opprimunt. G. πάντοθεν οἱ χα-  
 κωῦτες ἀναέρυσσι .i. vndique existunt qui me vexant. Interpres χακωῦτες, pro  
 κικλωῦτες accepit. Mox, vt viæ corū in me ferentes deletæ sint. G. ἐκτελειώσιν,  
 exutite sint. Gall. que les chemins en sont tous rompus Paulò pòst, vt nerui dissoluan-  
 tur, addendum ex Græco, ἐκ τῆς συμφύσεως, vbi tamen suspicor legendum  
 ἀμφοράς. Neque enim nerui ἐκ τῆς συμφύσεως dissoluuntur. Non multò pòst,  
 mutatus es mihi in crudelem. 70. Interpretes hinc habent, ἐπέση μοι ἀνελεημόνος,  
 insiliit in me sine misericordia. Infra rursus, Si quid verò meorum non requi-  
 rebat. Si quis verò facultatibus meis minimè indigebar. In Græco enim aptius  
 multò videtur, vt πὶς λέγamus quàm π. Aliquantò pòst, cupientemque pro-  
 ferre non patitur. Hinc Librariorum oscitantia, proferre irrepsit, pro, perferre.  
 G. καὶ σερῶν. Non ita longè hinc, ob desertam ciuitatem, quæ sine Deo effici-  
 tur. In Græco non est χωρίς θεῶ, sed χόλω θεῶ .i. indignatione Dei.

Cap. 31. Propterea oculi tui repetiti sunt ad pœnā. Hæc sic legenda, Quam-  
 nam ob causam pœnæ ab oculis tuis expetita sunt? Vers. seq. adhæsissent. Gr.  
 προσέσχεον, perspexissent. Quod autem sequitur, valde à Græco dissentit, vt  
 inquam ei qui eum leuiter pulsasset. G. ὡς οὐδὲ πρὸς τὸν ὑποκρίσασθαι .i. Vt igitur  
 ad eum, qui hac eum quæstione interpellasset .i. qui hoc ab eo quæsiuisset.  
 Sic ergo beatus Iob agebat, &c. G. ὡς οὐδὲ πρὸς ἐξέταστος τὸ κατ' αὐτὸν εἶπας  
 ἔπραττει .i. Tanquam igitur nō defuturus esset qui res ipsius examinaret. Mox,  
 eos qui ridebant. G. γελωτοποιός, sanniones. Vers. seq. Non sedi in concilio  
 eorum gradientium. G. αὐτῶν πεζόντων. Legendum tamen παρ' αὐτῶν, luden-  
 tium. Paulò pòst, quenquam contempsit. παρέβλεψα, legendum esse in prima  
 persona luce clarius est. Sed scædus est quod sequitur, sine progenie & culpa  
 moriar. Vbi quis tam obrusi ingenij est, quin statim videat pro ἀνέπιος (quod ni-  
 hil significat, & si interpres ἀνάπιος tentat corrigere) ἀνέπιος legi debere? i. sine  
 late. Paulò pòst, vnum in duo diuidit, rursum mutat propositum mulieris, &  
 sibi insidias struit per maritum. G. τὸ ἐν τῇ χεῖρὶ εἰς δύο διαμεῖναι, μεθίγησι ἢ πρὸς-  
 θεσιν τῆς γυναικὸς εἰς ἑαυτὸν, ἑπιβλάσ ἀρτύνει τῷ ἀνδρὶ. Sic enim hæc inter-  
 pungi debent .i. quod affectione vnum est in duo secat, mulieris animum ac  
 voluntatem in se transfert, ac marito insidias struit. Paulò pòst, cū surrexerit  
 ad iudicandum Dominus. G. ὅταν ἔγασιν (lego ἐξέτασιν) μου ποιήσῃται .i. cū

vitam meam difcufferit. Mox, conciliare eorum amicitiam, G. εἰς αὐτοὺς, inter eos. Verſu ſeq. Si quid verò quod reprehentione dignum erat faciebam, clemens ac mitis, abſtinens reprehentione amabam. Hoc mihi perſuadebam, &c. G. εἰ δὲ ἔτι πρὸς (addo με) ἔλεγχον ἐπιέντο, πρῶτος ἀνεχόμενος (ſic lego, non πρῶτος ἀνεχόμενος) ἔσπερον τὸν ἔλεγχον. ὑπεπιέμνω ἑμαυτῶ ὅτι ὄς, &c. i. Quòd ſi me coarguebant, leniter id ferens corū reprehentioni acquieſcebam: illudque mihi proponebam, quòd quemadmodum, &c. Infrà, viduæ oculum non confideraui. Corruptè hîc eſt in Græco ἐξέτευξα, pro ἐξέτηξα .i. colliqueſeci, lachrymis confeci. Infrà rurfus, Si vidi Solem cum fulgeret. Septuaginta habent, An non videmus Solem cum fulget: atque ad eum ſenſum Cômmentator explanationem ſuam accômodat. Duobus verſib. interiectis, quomodo meipſo contentus ſum. Sic malo, quomodo mihi ipſi ſufficere poſſum? Proximè, Non adoraui manibus meis obliuione Solem. In Græco certè legitur, ὀπιλαθόμενος, mendosè tamen, ni fallor. Ac fortalſe ὀπιλαθόμενος, vnica litera immutata ſcribendum. Non longè hinc, qui manus effecit. G. ἐνέργους, ad opus aptos. Mox, Si fui prouerbium, &c. Hæc apud 70. imprecandi modo dicuntur, ſim prouerbium. Verſu ſeq. ſic corrigo, Hoc enim fuiſſet Deum meum contemnere, perinde atque aduerſus, &c. Paruo interuallo, omnium ſermoni parerem. Emenda, paterem, ἡρῶληθῆσομαι. Ibid. Quæ cum temperantia humanitatem coluerant. G. αἱ ὑπὸ αὐτῶ ἀσκηθεῖσαι .i. quæ ab eo eruditæ atque inſtitutæ fuerant. Non longo interuallo, conſcientiam mordicè tenentes. G. δακνόμενοι τὸ σκωιδός .i. conſcientiæ ſtimulo vellicati. Infrà, in me ingemifcens diceret. Corrige, in me ingemifceret. Ac rurfus, non vt arrogans aliquis & aliquid eſſe videatur. περὶ αὐτὸς τις καὶ φωνηπῶν .i. nō vt iactator quiſpiam & oſtentabundus. Aliquantò inferiùs, quòd Dei ſeueritatem ſciebant. G. τὸ ἀδέχασθαι, integritatem in tradicando. Et poſt pauca, an nullum rerum delectum probat. G. ἀδύνατον. Non longè à fine, quòd exiſtimaueritis Deum propitium fore. Corrige, Deo gratum fore. Verſu ſeq. Vt enim ei omnia, &c. Hoc loco ſtellula appicta mendofus eſſe locus indicatur. Quòd tamen Interpreti potiùs quàm libro, quo uſus eſt, aſcribi debet. Sic enim Græca habent, εἰ γὰρ καὶ τὰ πάντα αὐτῶ παρέθηκεν .i. quamuis enim omnia etiam ei proiciatis .i. largiamini. Et linea vna interiecta, Non enim auſi eſtis dicere. G. ἐξ ὧν γὰρ, &c. i. Ex eo etenim quòd non audetis dicere, Magnum eſt vitium tuum, ſed, Vtrum, præpoſuiſtis, per hanc dubitationem oſtenditis nullum vos, &c.

Cap. 32. primùm reſpondebant. G. ἀντέλεγον. Longiùs aliquantò, quoad aliquid fregerint. G. ἀπαρρήξασιν .i. ſermonem aliquem emiſerint. Græci enim ἀρῆξαι λόγον dicunt.

Cap. 33. Noli negligenter audire quæ dicam, nec muta ſententiam. G. καὶ ἂν μεταγνώσῃ .i. nec te pœnitebit. Mox, vt putauerunt qui inani verbo ſapientiam ponunt. Græca ſic lego, οἱ κενοφανίας τὸ σοφίας πημέροι .i. qui verborum inanitatem ſapientiam eſſe cenſent. Paulò poſt, In eum qui me audit hæc dixiſti. G. εἰς ἐπήκοόν μου .i. ita hæc dixiſti vt ego exaudierim. Infrà, vt tibi tanquam homini homo reſponderet rogares. G. ἐπέταθες, imperares. Non longè hinc, mille angeli qui inferant ei mortem. G. χιλιεπίφοροι, peſtiferi. Aliquantò poſt, ita tamen vt de iis quidem quæ occuparunt, confiteatur. G. ὡς τῶν προφασίων .i. de præcedentibus culpis. Et ſub finem capitis, pœnas reperit eorum quæ quis violauerit. G. τῶν ἀδικημάτων, tranſgreſſionum.

Cap. 34. Docuit, inquit, ſuperiore ſermonem. Emendo, Docui. Aliquantò poſt,

pōst, quasi Job refellisset. G. ὑποχρῆστος, obiciendo dixisset. Infrā, neque eosdem inferi obtrient, ὀπισκιάσας, obumbrabunt, occultabunt. Paulō pōst, sic ea quae facinorosi homines. Adde, clam. G. ἐν ὄψιν.

Cap. 36. Hæc autem amicis premens eos dicit. G. πρὸς τὰς φίλους ἀπὸ πνέοντος. Legendum tamen est vnica voce ἀπὸ πνέοντος .i. Hæc autem in amicos inuehens, ait. Aliquantō longiūs, nec habitus est sine eo qui ordinat. Hic quoque mendum infedit in Græco. Legitur enim ὅτις, quod malè corrigit Interpres, ὅτις. Substituendum est autem ὅτις .i. ordo non est sine eo qui ordinat. Longè inferiūs, Itaque natus sensu fontem lactis percipit. Vnica litera deprauata sensum valde inficit. νεχρὸς enim (quod Interpres natum vertit) legitur, cū tamen legi debeat νεχρὸς .i. hinnulus. De animantibus enim rationis expertibus loquitur, quibus ea de causa cibum facillè suppetere ait, quòd ratione careant. Paulò pōst, à primo ortu non audit. G. ἀναυδός, mutus est. Non longè hinc, leue facillèque ad concoquendum alimentum. G. εὐμαρτέραν προφίλῳ comparata facillius alimentum. Mox, constitutis præscriptisque vescendi, lege commercia faciendi. G. καταγέλιος ἐσθίειν, νόμῳ τὰς μίξεις ποιῆν .i. compositè atque ordinatè comedendi, legitimèque venereis viendi. Hoc enim hoc loco significatur his verbis, τὰς μίξεις ποιῆν. Et duabus lineis interiectis, equorum tarditatem corrigendi, vecturas iumentorum & asinorum qui maximum laborem perferunt. G. πλὴν βραδυτήτων ἵππων ὄνων ἑσθίειν, τὰς μεταποιμίδας ἀδελφοῖς καὶ χείρωσιν ὀπιπνεύσασιν .i. tarditatem equorum adiumento consolari, vecturas iumentis & asinis ad perferendum laborem perquam accommodatis.

Cap. 37. Calor enim, qui à te proficiscitur, incendit per relationē & ignescit. G. ἀνάκλασιν, καὶ πυρὸς .i. per reuerberationem, & inflammat. Mox, vt enim is qui intelligit intueturque aliquid. G. ὁ σῶος. quo quidem in vocabulo cū vnica littera desideretur, putauit Interpres idem esse quod σῶος. At legendū est σῶος, ac sic vertendum, Vt enim qui in aliqua cogitatione defixus aliquid intuetur. Gall. qui resue à quelque chose. Proximè, etiamsi rigeat. G. ἀλγισθῆν .i. etiamsi in dolore versetur. Paulò pōst, qui hæc præparauit. G. κατεσκευάσας, condidit. Infrā, & is qui generatus est, factus est ei vita, non ei participauit. G. γέγονεν αὐτῷ ζῶν (sic enim lego, non αὐτῷ ζῶν) ὅτι μετέλαβεν .i. factus est ipsamet vita, non autem ei participauit. In fine, suntque serui eius humanitatis. G. ἰκέτωι, supplices, non autem οἰκέτωι.

Cap. 38. Simul Deus. G. ὁμοθεός. Fortasse tamen legendum ὁ θεός. Nam alioqui Græci dicere solent, ὁμοθεός, non ὁμοθεός. Paulo pōst, Habita verò & specie postea. G. ἐν ἔξει δὲ γενόμενος .i. postquam autem ad virtutis habitum peruenisset. Infrā, pro, suoapte sensu & captu rectè facta, id est, vt ita dicam, iustificationes, lege, suoapte sensu ipsis iustificationes. Infrā rursus, rationibus reprehensu. Gr. κατακλιθέντες, obruti. Longiūs aliquantō, firmum quiddam substrui. Gr. ἐδρῶν πινά, fundamentum aliquod. ad verb. sedem aliquam. Quædam autem hæc transilio, quòd ea superiore libro annotarim. Sequitur igitur longo interuallo, omnisque malorum auctor. G. ὄρμηγος, tumultus. Paulò pōst, nisi insit in eo spiritus. Corrige, cū non sit in eo spiritus. Infrā, adhuc, Hic cū iacebat cum omnibus societatem. Emendo, Hic cū habeat cū omnibus societatem. Sicque etiam non longo interuallo legendum, cuius apud inferos nō relicta sit vita, cū via typis excusum sit. Nō nullis interiectis, & potestati in iis quæ sunt status. Gr. καὶ τῆ ἐξουσίας τοῖς γυνομῆσις ἢ ὑπαρχῆσις.

i. & potentia mea existunt ea quæ oriuntur. Non longè hinc, Circulus in guttas incidens refertur. G. ἀναχλάται, reuerberatur. Non ita multò post, appetitu & non voluntate. Delendam hoc loco particulam negantem censeo. Homines enim natura & appetitu ac voluntate oriuntur. Paucis interpositis, magnam rerum speciem præbent. Malo, magni aliquid portendunt.

Cap. 39. Denunciat multitudinē ciuitatis. G. καταγέλαστος, non καταγέλλεις, deridet. Proximè sic legendum, Nam & solitudinis amans est hoc animal. Mox, In ea autem quæ mihi data sunt, non habes imperium. Hoc loco μὴ legi debere puto, non μοι .i. In ea autem quæ non data sunt .i. tibi. Neque enim hoc Deo quadrat, cui nihil datum est. Paulò post, Dei voluntas ea excludit. G. ἐκτρέφεις, alit. Infrà, sextodecimo. Substituo, quartodecimo, vt etiam versu seq. quatuordecim, pro sedecim. Non longè hinc, In cælo versatur vt ple-ræque alia. G. ὡς τὰ πολλὰ .i. ὡς ὅτι τὸ πλεῖστον, vt plurimum. Haud multò post, quemadmodum ipsum lætificauerit. G. ἐφράσωσεν, sed corruptè. Lego, ἐφρένωσεν, solertia donauit. φρένες enim pro prudentia sæpe vsurpatur. Duabus lineis post, delectatur iis quæ dolorem efflant, G. ὀδωδῶσι, fœtidis.

Cap. 40. Erige enim, inquit, à te manum, & ecce vt fœnum te deuorant. ἦρα .i. Sustuli à te manum, & ecce vt fœnum deuoraris. Paulò post, Idem mobile esse dicit. G. τὸ αὐτὸ κινητὸν. Vnico tamen vocabulo legendum αὐτοκίνητον .i. quod à seipso mouetur. Infrà, ea quæ sunt, carere principio dicit. G. ἀρχαί εἶναι .i. ἀλασίλευτα, principe ac moderatore carere. Proximè hinc, Immortales eosdem esse dicit & æmulos. Corrigo, dignitate æquales, Ibid. in mares & fœminas mutat. Format, emendo.

Cap. 41. Bestia autem quæ intelligitur νοητὸν ζῷον .i. animal illud quod intellectu percipitur .i. diabolus. Mox, at non permanebit. G. ὑποδύει, sustinet, resistit, non autem ὑπεδύει. Et post pauca, Neque enim infirma est pœna. G. ἡ δίκη .i. οὐκ ἐστὶν ἀδίκη. Aliquantò post, quàm magna sit ea quæ ei similis est bestia. G. ὅπουσιν ἀντιτύπες. Sic enim lego, non ἀντιπύς, vt in Regis Codice .i. quàm duris ac renitentibus squamis. Infrà, ferrum secare non potest. Lege, quem ferrum secare non potest. Versu seq. Ipse prior repercutus perforat. G. ἰσχύεται ὑπὸ τῷ ἀντιτύπες .i. Ipsummet (s. ferrum) ob renitentem duritiem frangit. Infrà adhuc, principem exercitus metuerit. G. ἀρχερατὴν τῆς πλάνης, ducem erroris. Multis interiectis, & eorum qui nudant, manus armat cōtra charissimos. Fœda macula inhæsit in vocabulo γυναιδίων, quòd cum nihil significet, in eius vicem substituere voluisse Interpretem apparet γυναιδίων, absurdissimo sensu. Ego verò nullo prorsus modo dubito, quin γυναιδίων ἢ τοκέων, legendum sit. Vult enim Author, diabolum parentum etiam manus aduersus charissima sua pignora armare. Mox, spe sua frustratus iterum cucurrit. Malim, pedem retulit, παλινδρομήσει. Eodem vers. Hic est qui casto Ioseph eos qui ipsius castimoniam tentauerunt, excitauit. Emendo, qui casto Ioseph tentationes (τὸς πειρασμούς) excitauit.

Cap. ult. Non enim finem intellexistis concessionis meæ. G. εἰ γὰρ ἴσασιν ἡπίστευαθε τῆς ἐμῆς συγχώρησεως .i. Non enim intelligebatis quid mihi p̄positum esset, cum eum attingi permitterem. Mox, nisi quòd omnes boni ad pij, & Dei notitiam habent. Sic forfasse aptius, Quamquam omnes illi boni ad pij erant, & Dei notitiam habebant, & eius prouidentiam non ignorabant. In Imperfecto enim tempore hæc leguntur in Græco. Aliquantò post, Nisi enim ipse mihi pertuadeat. G. ἐμὲ δισωπήσει, me flecat, ac miseratione afficiat. Infrà cum

cum Deus iustum eum declarauisset. gr. *καὶ ἡ μὲν θεὸν δικαιοσύνην* .i. ac Deum quidem iustum prædicarat. Longo interuallo, tamen cum diabolus non credidisset, voluissetque eum tentandum accipere. gr. *ἐχὼν ἡπίον τῷ δουλοπρεπίαντος ἀβόλῃ, καὶ εἰς ἀξίως πειραῖν ἑαυτὸν ἐγγέλ(αντος εἰγγίχῃ τῷ ἀνδρὸς*. Quo quidem in loco nihil mihi desiderari videtur. Hoc enim vult Author, eum qui Dei verbis fidem non habet, non minùs impium esse, quàm diabolum qui non credit, sed Iobi virtutem periclitari voluit. Mox, eum resurrecturum esse cum iis quos suscitauit Dominus. Lege, suscitabit. Ibid. resurrectionem verò cultum. Græca vox *θεραπεία*, cultum quidem aliquando significat, hęc tamen curatio nem plagæ, vt patet ex antithesi præcedente. Linea vna interiecta, rursus addens vnã quidem resurrectionem esse. gr. *πάλιν παροδείς* .i. addens hanc voculam, Rursus, ita vt vnã quidem resurrectio sit à calamitate liberatio, altera autem ea, quæ ei sit communis, &c. Infra, quòd legem acceperit, iurisquẽ diuinationem. gr. *τῷ δικαίῳ ἀξίωσιν*, æqui ab iniquo internotionem.

*Correcta quædam in Concionibus Chrysostomi in Iob.*

CAP. II.

POST QUAM labes eas, quibus ille in Iob Commentarius resperfus erat, pro virili mea repurgare studui, nunc idem in Chrysostomi Conciunculas quasdam in eundem Iob aggredi libet. Nam ex quoque emendationis cuiusdam mihi nonnullis locis indigere visæ sunt. Quod tamen non tam Interpreti Perionio tribuendum censeo, quàm Græco Bibliothecæ regię libro, quo illum valde interdum corrupto vsus esse comperi.

Conc. I. vt nos ei vtiliter dicamus. gr. *προσφύρας, ἀπὲ*. Vers. seq. cum ei nudus quemadmodum luctatus est pugil reititui debuerit. gr. *δὸν αὐτὸν* (sic enim lego, non *δὸν αὐτὸ*) *ὡς ἐπαλαμσει ἀναστῆσαι τὸν ἀθλητῆν* .i. quippe cum decuerit nudum, vt certauit, representare pugilem. Mox, sine rebus Scripturæ vixit. Sic in Græco, *δὶχα παραγμάτων γραφῆς*. Mihi tamen subolet vitium inesse in vocab. *παραγμάτων*, mallemque *ἐπιτάλμάτων*, quemadmodum & legitur videtur vetus interpres. Paulò post, vt mulieri fidem haberet, nudus fuit. gr. *ἡ ἀπειροδῆ γυναικί*. fortass. *ἀναπειροδῆς*. Certè apertissimè indicat sensus verendum esse, postquam vxori credidit, nudus effectus est. Infra, vt stantibus liberis amissione possessionum iustus vir calamitatem desperationis occasione nancisceretur. gr. *χειρὶ λάβῃ τῆς ἀθυμίας πληγῶν* .i. atrocissimum mæroris vulnus acciperet. *χειρὶ* enim occasionem non significat, vt putauit Perionius. Non longè hinc, Iaculans, aut impetum faciens. gr. *βάλλον μᾶλλον* (*μᾶλλον* enim habet Lælius) *ἢ βαλλόμενος* .i. percutiens potius quàm percussus. Linea vna interiecta, plerumque pugna cum eo committatur. gr. *μαχόμενος*, plerumque pugnet. Loquitur enim de eo qui alterum prælio lacescit. Non multò post, abiecto animo reuersus est. gr. *ἀπεγράφη*, terga vertit. Post pauca, athletam fortiolem reddidit. gr. *ἀθλητῆν βάλλον*, athletam feriens. Infra adhuc, Vnde sciuit quæso. Hęc commodiùs in secunda persona iuxta Græcum codicem leguntur. Ibid. post hæc verba, & intus domi, adde, quomodo sciuit quæ extra contigerunt? Nam hæc ex Græco adiungenda sunt. Ibid. quomodo ea quæ futura erant videbas. Corruptè hęc in Græco legitur *τὰ ἐσόμενα*. pro qua voce nullo equidem modo dubitem reponere, *ἔστω γινόμενα* .i. ea quæ intus fiebant. Sententia enim huic emendationi perspicuè fauet. Ibid. Quod si ventus es. gr. *πνεῦμα*, spiritus. Spiritum enim homini opponit. Infra, etiam si

inter eos aliquod illiberale facinus extitisset. Græca vox, *μικροφυζία*, simultatem hoc loco potius significat. Itaque magis probo quod Lælius iustorem vertit. Non longè post, quis metus sufficiet. G. *φόβος*. Lælius videtur legisse *πόρος*, aut *ιδρώς*, vertit enim sudatio. Neutrum tamen hoc loco cohæret. Et interpositis aliquot lineis, signa eorum quæ minimè expectabant, coniungunt. Lælius, adhortationes fomentaque alia de industria adhibent. G. *σωπαγὰς* *πρὸς τῶν ἀδικήτων συνάπταισι*. Ibid. parentes inuoluant. G. *χηματίζουσι*, conformant, cadaver componunt. Sub finem, omnem rationem longè superabat. *λόγος* hic sermonem, non rationem sonat.

Conc. 2. ne quis habita singularium certaminum ratione. Sic fortasse clariùs, ne quis ad ingentia ac penè incredibilia certamina respiciens. G. *εἰς πλὴν ὑπερβολῶν τῶν ἀγώνων ἀποβλέψας*. Vers. seq. ut id quod propositum est mireris. G. *πλὴν προσέβου* .i. ut animi propositum admireris. Proximè, ex quali diuersorio domiciliòque malitiæ. G. *παιδευτής*, schola. Ibid. &, ut ita dicam, fornicator. Dele hæc verba, ut ita dicam. De suo enim hæc addidit Interpres. Mox, quæ desponsatæ erant, lege, quæ nondum, *μηδέπω*. Paulò post, nec commixtus sum cum virgine. G. *συνῆκα*, cogitavi, intellexi. Paucis interiectis, iustitiam tribuit. G. *δικαιοσύνης βραβεύτης*. Non multò post, Omnia quæ aliena erant, propria suaque faciebat. G. *ἰδιοποιῶνται*. Hæc in bonam partem accipienda sunt. Versu seq. cum ille in alienis ea poneret. G. *τὸ πρὸς ἀλλότρια ἵδμεν* (hoc enim vocabulum addendum ex vet. Interp.) *πηρευθῆναι* .i. qui aliena vsurpabat. Fortasse tamen non minùs aptè legeretur, *πρὸς ἀλλότρια παρευθῆναι*, quòd videlicet fratrem hostis loco duceret. Paulò post, Nam cum Esau & Iacob in malo consenserint. In regio libro Græca manca sunt, *ἐπειδὴ Ἡσαὺ καὶ Ἰακώβ εἰς χεῖρας συμφωνήσαντος, ἀλλὰ τὸ Ἡσαὺ εἰς χεῖρας ἄρξαντος*. Apparet autem Lælium Tiphernatem legisse, *ἐπειδὴ γὰρ Ἡσαὺ καὶ Ἰακώβ ἀλλήλοις ἐπολέμου, ἔ τὸ Ἰακώβ εἰς χεῖρας*, &c. i. Nam cum Esau & Iacob bellum inter se gererent, non quòd Iacob in malum consentiret, sed quòd Esau iniuriæ author esset. Nonnullo interuallo, Verax quid effecit. G. *πῶ βύλεται* .i. quid significat? Mox, Non quòd Iob diuitias admiraretur. Iob est genitiui casus. Infra, Esto ut Abraham, & terra vniuersa diuitias tibi continebit. G. *συνεῖξεται σοι* .i. diuitias tibi optabit, vota faciet vt diues sis. Interpres sic vertit, quasi idem sit *συνεῖξεται* quod *συνέξεται*. Quanquam etiam *συνέξει* potius dicendum fuisset. Aliquantò post, ad similia nitere. G. *τὸ ἴσα φρόνησον*, eodem affectu præditus esto, ante oculos habeatis. G. *ἑταυλον ἔχεν*, auribus infonantem.

Conc. 3. vndique canimus, studium inertix desidixque dedere. G. *περὶ ἀδμεγα, προσδιδόναι βραθυμία πλὴν προσθυμία*. G. vndique circumsonamus, animi alacritatem inertia proderere. Paulò post, Inops erat Iob, non subueniens pro studio. G. *οὐκ ἐπαρκῶν τῇ προσθυμῖα*, impares alacritati suæ facultates habens. Infra, qui stuprum obtulerat, pœnâque luebat. G. *δικὰς οφείλοντος*, puniendus erat. Non paruo interuallo, post hæc verba, ignis descendit de caelo, adde ex Græco, Cur ergo seruis ei à quo læsus es, cur adoras eum qui bona tua absumit? *ὡς πῶ λατρεύεις τῷ ἀδικήσαντι; ὡς πῶ προσκυνοῦς τῷ ἀναλίσκοντι τὰ κτήματα;* Videtur tamen Lælius legisse *τὰ κτήνη*. Vertit enim iumenta. Verum illic turpissimè inoleuit, sceneraris, pro, veneraris. Paulò post, Quotidie tristis erat. G. *ἐχθρονον*, fatigabar. Et sic ead. lin. lege, quod quotidie offerens fatigabar. Infra, virtute autem se ad virtutem spolians. *ἀληθῆς* in Græco

Græco legendum, vt etiam legit Lælius, non ἀρετῆ .i. re vera autem ad virtutem se accingens, Paulò pòst, Hic Adamum inuenit, Euam non inuenit. Hæc sic inuertit, Hic Euam inuenit, Adamum non inuenit. Linea vna interiecta, Quousque. G. ἕως τίνος. Putat vir doctissimus hîc legendum ἕως τῆς γυναικός. Cui immutationi hîc nullum locum esse existimo. Fœdissimus autem Interpretis error est in eo quod aliquantò pòst sequitur, vidit eum qui intus debita officia dissoluebat. G. τὸν ἐν τῷ ὄφει λαλίῳ .i. qui in serpente locutus fuerat. Mox, præsertim cùm ei. Malim, Quanquam etiam alioqui ei. Infrà, iudicatus esset. Lege, est. Hoc enim magni ad sensum refert. Duabus lineis interpositis, occulta præmia vt nudet & aperiat certamina. G. τῆς ἀγλῆς. Ego tamen non paulò lubentiùs cum Lælio τὸν ἀγλητῶν legerim .i. vt pugilis virtutem patefaciat. Non longè hinc, Multi Christum excipiunt. G. ἐκδέχονται .i. προσδοκῶσι, expectant venturum. Mox, Tu qui hæc cogitas. Sic verito, Ergo tu frater es Esau qui hæc cogitas.

Conc. 4. Omnibus enim quæ pulchra sunt amissis, lyram, id est radicem & stirpem pulchritudinis non perdidit, sed remansit artifex. Hæc ex Græco sic corrigo, Omnibus enim quæ læta sunt amissis, lætitiæ radicem non amisit. lyram perdidit: sed artifex remansit. Proximè, contempta vita, verito, abiiciens bona. βίος enim hîc non vitam, sed facultates significat. Mox, Nam & quod natura pertulit, concedendum est. G. δὲ γὰρ καὶ τῆς φύσεως ὁμολογεῖν τὸ πάθος. i. Nam & naturæ perpeffionem & affectum confiteri oportet. Duabus lineis interiectis, vt naturæ quasi consensionem declararet. G. συμπάθειαι, condolentiam. Paulò pòst, Cùm verò propositum probauit. Malo, explorauit. Et mox, Ita si cùm interrogauit, ingratum nouisset, &c. G. ἔτι πῶς ἐὰν ἐρωτήσῃς ἴδῃ ἀγνωμονοῦντα ἐλέγχει κακῶς ἡρώματα .i. Ita cùm adhibita interrogauone eum maligno animo esse comperit, admissum flagitium prodit. Eodem modo nunc quia interrogans diabolum, non discit ex eo cladem acceptam, idcirco ipsemer iusti viri victoriam prædicat. Non multò pòst, Verbum hoc innocens illi addidit. G. ἐκεῖ δὲ .i. illic non addidit. Mox, sed bonitati attribuit omnia, atque pacem secutus est. G. καὶ εἰρηνικῶς. Ad sensum tamen aptius erit εἰρηκῶς, vt legit Lælius, vertens, & dicens, Si bona suscepimus, &c. Non longè hinc, vbi est stellula appicta, in Græco legitur, ὅσα δὲ πορεῖ ἢ κακία τῆς ἐαυτοῦ πονηρίας .i. non destituitur malitia sua improbitate. Gall. la meschanceté ne manque iamais en sa malice. De diabolo loquitur qui ad nouas artes confugit, vt Iobum euerterat. Cùm turpium fugis consuetudinem. G. ὁμιλίαν, quod hoc loco lubentiùs verterim, narrationem, διήγησιν. Id enim ad sensum accommodatius puto. Mox, ex periculo & tentatione, ἐκ τῆς πείρας, experimento. Aliquantò pòst, vt totus per omnia membra athleta dolorem sentiret. G. τεφραῖτης ἀναρῶν .i. vbi tamen haud dubiè ἀναδείξῃ, legendum est .i. victor existeret, victoriam reportaret. Atque ita etiam legit Lælius. Linea vna interposita, sed tota domus corpus eiusmodi vt mutilum eiiceretur. G. ἐξώθειτο τὸν ὡς λελωσθημένον .i. eum tanquam lepra infectum eiiciebat. Sic vers. seq. λάβησις, non truncationem, sed lepram sonat. Non longè hinc, Testa saniam radens, patientia autem athletam dissoluens. Pro, athletam, hostem vertit Lælius, meliori, ni fallor, sensu. Sequitur, Contigit autem ei qui testam tenebat. ἔβλεπε est in libro Regio. Substituendum tamen est ἔωρεπε, vt etiam legit Lælius .i. Conueniebat. Infrà, magnæ autem miserix taciturnitate honorantur .i. verborum consolationem respuunt. Ac rursus, Tacuerunt ergo amici taciturnitate mali par-

ticipes ac socij. G. *σιωπῆ κινόντες τὸ πάθος*. Legendum *κοινωνῶντες*, vel potius *πιδίπτες*, vt antè. Mox, scimus in aliqua re tristi vnumquemque loqui oportere. *ἰδῆται*, est in Græco, sed corruptè. Liquet enim *αἰδέται* legendum esse .i. vnumquemque loqui vereri. Versu seq. pro, author, malim, doctor. Aliquantò pòst ita verito, Sic ergo vnusquisque Prophetarum eodem modo lamentatur. Et infrà, pro, dolore sentiebant, angebantur. Et pro, finem certaminis, scopum certaminis. Ac rursus, post hæc verba, Sed quod ei accidit, adde, in martyribus, idem quoque ei accidit in beato Iob. Hæc enim verba agnoscit Lælius, sensusque ipse exposcit. Quemadmodum etiam post hæc verba, Atque partim, addendum rursus ex veteri interpretatione, scopum assecuti sunt, iustitiam Deo tribuentes, partim autem errabant, &c. Infrà, Fecisti vt in iustitiam tuam inciderem. G. *κατεπυργάειν τῆς σῆς δικαιοσύνης*. Legendum tamen arbitror *καταπυργάειν* .i. Fecisti vt iustitiam tuam consequeretur. Astipulatur huic lectioni vetus Interpres, sic transferens, Fecisti me compotem tuæ iustitiæ. Ibid. defensionis iuris. G. *δικηρολογίας*, expostulationis. Paulò pòst, Contumeliis afficit patrem Filius? res est non ferenda & ei qui patitur, & in eo qui iniuriam facit. Est quidem in Græco, *καὶ τῶ ἀδικούπτι*. sed sensus hoc vocabulum respuit. Itaque consulto veteri interprete comperi substituendum esse *ἀκούπτι* .i. ei qui audit. Ibid. Ignominia notare stirpem suam. G. *δυσφημίαι* .i. *κακολογίαι*. Mox, ad contumeliam procliuus, *φέρεται* .i. *ἔλκεται*, attrahentes. Infrà, dedit eis accusationis dignitatem. G. *εἰσηρέϊαι*. Rectè hoc loco conicit vir doctissimus legendum *ἰσηρέϊαι* .i. ex æquo loquendi facultatem. Sicque legit Lælius. Ibid. sed iuris præsidio defensionéque utebatur. G. *τίλ δὲ κηρολογίαν* (subaud. *αὐτῆς*) *ἐλάμβανεν* .i. causificationes eius æquo animo accipiebat. vel, ea iuris præsidia quibus utebatur, æquo animo audiebat. Linea vna interiecta, Sed quando seruorum effugit accusationem? G. *πότε δ' ἔλαβ' ἐφύλαξεν ἰσηρέϊαι* .i. quando seruo ex æquo loquendi potestatem seruauit. Ibid. Hęc cogitans, communi natura tribuit communem accusationem. G. *τῶ κοινῶ τῆς φύσεως παρέχει τὸ κοινὸν τῆς ἰσηρέϊας*. sic enim legendum, non vt in libro Regio, *παρέχει τῶ κοινῶ τῆς εἰσηρέϊας* .i. communi naturæ communem ex æquo loquendi facultatem concedit. Infrà, Exigis ius? accipe etiam iustitiam accusationem. G. *δικηρολογίαν ἰσηρέϊαι*, corruptè tamen, ni fallor. Ac videtur Lælius legisse *δικαίαι ἰσηρέϊαι*, quod sensui multò magis congruit. Sequitur, Accusat arrogans, ac nec iuris defensioné impetrat, nec silentium. G. *ἔδδ' δικηρολογίαν δέχεται*, ἔδδ' *σιωπῆ δὲ δισωπῆται* .i. nec eum quem accusat, rationes suas proferre iustinet, nec silentio permouetur. Gall. *Il ne veut ny que on allegue ses raisons ny que on se taisse*. Linea seq. Non nouit grata labia. Fædum mendum in hunc locum inuasit. Græca enim habent: *οὐκ οἶδ' εἰ δὲ ἄρα τὰ χεῖλη*. quod quidem ita restituisse se putauit Interpres, si *ἀρετὰ* reponeret. Vertit enim grata, Atqui pro *δὲ ἄρα*, legendum est vnico vocabulo *ἀφάραι* .i. Non nouit labia diducere. vel, ne hiscere quidem ausus est. Si autem loquatur, Quid, inquit, audésne ad herum tuum vocem mittere, *φωιλῶ ῥήσαι*. Ibid. si pro iure, &c. Hęc sic verito, si à iusto ac nobili viro rogetur, vt cum aliquo altero in sermonem veniat, simultatémque componat, tūm ille arrogancia prouectus dicit, Egóne vt ad eum me conferam. Proh quæ est hæc arrogancia? Perinde loquitur ac si cælos calcaret & nubes. Et paulo pòst, In hunc infestus venio. Sic malim, Egóne vt ad hunc me conferam? Infrà sic lege, Si quis enim cūm castigatur, fortiter fert castigationem, audit à Deo, Surge, &c. Eodem modo paulò pòst,

pro,

pro, Sis vnà iudex, pone, Esto iudex. Mox, Iustus eras. G. γνώσιμος, notus. Linea seq. plaga prædicatis. G. ἀγὸς τῆς πάλης, per luctam. Non longo interuallo, eos tui videndi desiderium tenet. G. ὅτι ποθέσιν ἰδεῖν σου καὶ τὸν ἀγῶνα, καὶ τὸν πόρον τῆς ἀγλημάτων .i. cupiunt videre tum certamen tuum, tum certaminum laborem. Non longè pôst, Aduersus eum qui pro se dicit, &c. G. εἰ (sic enim legendum, non εἰς) τὸν ἄνδρα αὐτὸν λέγοντα τὰ καὶ τὰ δίκαια εἰ δέχεται, τὸς καὶ τὸ δίκαιον ὡς τὸ δίκαιον λέγοντας ὡς τὸ δίκαιον δέχεται; i. si eum qui pro ipso aduersus iustum virum loquitur, non excipiet, an eos qui aduersus iustum præter fas & æquum loquuntur, excipiet?

*Epiphaniij loca quædam restituntur.*

CAP. III.

ET si mihi ex tot erratis, quibus vndique scater Epiphanius, paucissima duntaxat emendare conanti, verendum esse video, ne quis nasutulus Horatianum istud mihi occinat,

Quid te exempta iuuat spinis è pluribus vna?

non tamen propterea ab instituto desistam: illudque potius ei rursus ex eodem Horatio regeram, -- vello vnum, vello etiam vnum,

Dum cadat elusus ratione ruentis acerui.

Quocirca strictim hoc capite ea notabo, quæ lib. 2. tom. 2. mendum mihi ole-re videntur. Pag. 264. vers. 9. lego ἀγγέλων ποιήσεως, non autem ἀνέμων. Pag. 266. vers. 42. εὐεβροντήη. Pag. 267. vers. 16. ἐξωλέεσται. vers. seq. lego, καὶ ἐκπλήξαι αὐτὸ πῶς ἀσυνεσίαν .i. quæ ipsius stoliditatem admiratione affecisset .i. pulchritudine sua perstrinxisset. Cornarius, quæ ipsius stultitiam admiraretur, sed malè. Alioqui enim dicendum fuerat, ἐκπεπληγμένον. Vers. vlt. videat Lector, num pro σκέπτεται μὴ πορὸς τὸ γυμνασιὸν ἀνακρίψαι, aptius fuerit legere, σκέπτεται ἰδίῳ .i. προσωπίεται, fingit. Pag. 268. vers. 23. deleo, μήπω. vers. 27. pro ἡμῶν τε, vniço vocabulo lego ἡμῶν τε. i. διήμαρτε. vers. 43. προσωλέξας τῇ ἀληθείᾳ lego, non προσωλήξας. Pag. 269. 45. legendum existimo, ἐξ ἀρχῆς, pro ἐξ αὐτῆς. Pag. 281. vers. 6. λύκος βαρὺς. vers. 10. legendum fortasse καταβαλέσθαι, non καταλαβέσθαι. vers. 20. lego διαίρειν τίμα, 30. ἀρχιζύχα. 49. ἀκρω. Pag. 272. 5. ἐνοίας. 6. γνώσιν. 16. ἀγὸς τὸ πεπερασθαι. 35. ζητήν. 36. ἀμολόγηται. 43. ἐμπερίγραπτον. Pag. 273. 6. ὑπεξάρειν. Atque hoc loco labitur Interpres, dum hæc verba αὐτῷ κακίαν πορὸς ἴσον ἀπι-κατέστησεν, sic vertit, malitiam ipsi ex æquo attribuit. Sic enim hæc verba transferti debent, malitiam ipsi ex æquo opposuit .i. parem vim in contrarium habere asseruit. Vers. 26. ἡμέρα. 40. ἀγὸς πύλας, distinctè legendum est. Pag. 278. 26. βληθήσεται. Pag. 279. 43. αὐτῶ. 49. pro γρήσεων legendum potius censuerim ἐκρίστων, vt paulo antè. Pag. 281. vers. 3. κατῆύοντα lego. 7. χίρσις. Pag. 283. 3. ἵνα μὴ μικυῖω. 15. πορὸς ὄν. 26. μηχανάται. 30. ἀπέδη. 38. χλεύης. Ibid. ἀδωαμίαι. 42. delendum δὲ in his verbis, ὁ ἔπερα δὲ εὐρών. Pag. 284. 3. βαθύτατον. 10. ὃ ἀκολύτως. 32. οὐ δὲ ὡς ὄντα διηγῆ. Pag. 286. II. τί τὸ ἐπαῖξεν. Pag. 287. vers. 2. δαπανήσαι. Quæ autem sequuntur vsque ad hæc verba, εἶπα πάλιν, delenda existimo, vt quæ prorsus nil ad rem faciant. Pag. 290. 18. διηλέξαμεν. 28. οὐκ ἔστιν ὑμῶν. 291. 36. εαυτῷ ἀντιμάχεται. Pag. 292. 36. πεθολωμῆνης. Pag. 293. lego, καὶ εἰ κρύπτει. 15. εὐρήσομεν. 27. Legendum puto, εἰ ὁ ἄρχων τὸ κόσμου, ac delenda hæc verba seq. versu. εἰάν δε ἐγὼ ὑψώσω, πάντας ἐλεύσω πορὸς εμαυτῶν. 37. lego, εἰ ὁ δὲ. Pag. 294. vers. I. ἴδιον σωμα-

Hij

46. ὀρεγόμενος. Pag. 295. vers. 5. πάλισιν. 6. ἀκολύθῃ. Pag. 296. vers. 20. πειρημένος. 22. ἀπακλίνεσθαι. 27. ἐνέγκας. Pag. 279. 19. ἐφίπτερος. 26. πρὸς βεβαίωσιν. vers. vlt. ἐπέχεται. Pag. 298. 11. οἶδα τὸς ἡμετέρους. 35. ἰδὲν θάνατον. Pag. 300. 25. κακὸς ὁ θεὸς νόμου. 47. αἰ τὸς. Pag. 302. 22. μολυβῆ. Pag. 303. 21. τετρακομίδιος. Pag. 304. 5. ἀμέλει. 23. σιωπῶν. 43. δι' αὐτὸν. Pag. 305. 5. ἔαυσετο ἕξαγαγεῖν αὐτὸν ἐκ μέσων πονηρίας. Et sic in Latina interpretatione legendum est, Festinauit educere eum de medio iniquitatis. 8. αὐτῶ. 15. ἀνείπει. 17. θηλαζόντων. Pag. 307. 40. Ἀλέξανδρος. 43. μακινιάδῃ. Pag. 308. 19. αὐτοῖς. αὐτοῖσιν enim τῷ βασιλεῖ est, relaturum se ad Imperatorem. 22. αὐτῶ. 25. ἐκοιμήθησαν. 34. videntur hæc verba delenda, τὴν ἑπομένην ἐν ταῦτα διηγήσομαι. 39. ἀπᾶραι. 42. δυσαδί. 43. ὡς τῶ. 45. καὶ τὸν θάνατον. 50. Ἀλέξανδρος. Pag. 309. 14. ἢ πρὸς αὐτὸν. i. κατὰ. 37. lego, εἶτα ἀπεχώρησεν. i. discessit, non ἐπεχώρησεν. Itaque corrigenda hoc loco Latina interpretatio, quæ habet, periculum faciunt. Vers. 41. Lubentius legerim ὡς ἀπεχώρησεν. Versu sequente, non placet quòd hæc verba, πρὸς αὐτὸν τὰς αὐτῶ ἐχρήσατο ἡγερέοις ἀφ' μετανοίας συστάσειν, ita vertit Cornarius, Sed & ad ipsum conscriptis confirmationibus vsi sunt propter pœnitentiam, Sic itaque mallet, Sed & ipsi Athanasio sese, velut ad meliorem mentem redeuntes, commendarunt. Hæref. 69. pag. 314. 19. ἐπελέσθῃ. Pag. 315. 8. πρὸς κληθέντες malim. i. πρὸς εὐσεβῆς, quam πρὸς κληθέντες. vers. 22. pro Εὐσεβῆς, repono Εὐδοξίῃ. Ab hoc enim, non ab illo, Valens baptizatus est. Vers. seq. delendum punctum post ἀκολού. Pag. 320. 8. ὁ εὐσεβῆς. 23. ἐπεισετέγκαντες. 25. ἐκτινάμι. 39. σινοδουσιός. Pag. 323. 28. συναλοφῆ. Pag. 324. 31. ἀγετένι. Pag. 326. 42. ἀκλίτω. Pag. 328. 37. ἐνοίας, vt paulò post. eodem vers. ἀφ' ἐχρήσεως. vers. 46. Fortè ὡς ἐκλήθητε legendum, vt aliquantò inferius. Pag. 329. 30. μὲν ὄντι, distinctim legendum. Pag. 331. 18. post αὐτῶν, addendum puto ἔδει, vel ἔχρη. Vers. seq. lego, ὡς ἀπεχώρησεν. & ibid. πάῃ. Pag. 332. 7. τὸ πρὸς. vers. 23. Fortasse pro κλιζοῖται, reponendum κνίζονται. Et hanc lectionem sequi videtur interpres, dum vertit, stimulantur. Pag. 335. 1. ἀδελφῶ. vers. 11. πρὸς φασίζονται. Ibid. pro ὑποκριτικῶς λέγει, legendum puto, ὑποκριτικῶς, vel ὑποκλιτικῶς. i. demissè. Vers. 49. ἵνα πάλιν εἰς ἡμῶν. At pag. 340. vers. 6. in his verbis, εἰσία οὐ ἔστιν ἐχ' εἰσία, &c. εἰσία, meo quidem iudicio excessum non rectè vertit Cornarius. Etenim εἰσίας vocabulo id omne intelligit Epiphanius, quod in Dei essentia consideratur, vt quòd iustus sit, quòd bonus, quòd omnipotens. Hæc enim non ipsam Dei essentiam indicant, vt τὸ ὄν, sed circa essentiam considerantur. Itaque εἰσία γὰρ hæc vocat, ὡς εἰ τὴν αὐτῶ εἰσία θεοφύμινα. Pag. 343. vers. 4. ἕλλησιν. & ibid. pro καὶ λέξιν, videat Lector num potius κατὰ πλῆξιν legendum sit.

Theodoretus locis quibusdam emendatur.

CAP. IIII.

**T**HEODORETI de diuina prouidentia Sermones cùm non ita pridem percurrerem, paucissima omnino loca reperi, quæ mihi emendationis indigere viderentur. Quæ tamen ipsa, ne properanti fortassè Lectori scrupulum aliquem iniiciant, hoc Capite indicabo. Lib. 4. non longè ab initio lego, πρὸς ἀποπέται ταῦτα καὶ ἀκακείως φυλάττει, non ἀκακρυμῶς, vt editi libri habent. Lib. 5. in his verbis, ἀρχὴν ὀρθῶς καὶ δικαίως οἰκοδομεῖν, vnica litera mutata οἰκοδομεῖν lego. At verò lib. 7. in his verbis, ὁ δὲ διμαγωγὸς καὶ τῶν ἀρ-  
ρότων,

χόντων ἐκέρχεται, καὶ τῶν ἀρχηγῶν. Interpreti minimè assentior, qui pro ἀρχόντων, ἀρχηγῶν reponendum censet. Sic enim vertit, Demagogus autem tam subditiis quàm reliquis primatibus imperat. Ego autem nil video, quamobrem hoc loco à recepta litera discedendum sit. Vult quippe Theodoretus Demagogum magistratibus quoque ac primoribus & ducibus imperare. Sed hæc facilia: illud non perinde fortasse facile est deprehendere quodnam mendum in hoc libri 8. loco insideat, vbi de fratrum Iosephi crudelitate verba facit. Sic autem Græca habent: μὴ τῆς συχθείας τὸ δίχρον (οὐκ εἰρανεύς) μὴ τὴν τῆς ρίζης ταυπότητα, μὴ τῆς ἡλικίας τὸ ἄωρον, καὶ κακίας ἀπειρεστων, μὴ τὴν ἀκρίσιον ὡς ἐν ὀνείροις ἡγεμονίαν, καὶ τῆς σκιάς ἀδρανεστέραν πῶς ἀρχίω, &c. Hic ego quero, quid probabile afferri possit, cur ἀκρίσιος illa somniantis Iosephi ἡγεμονία dicatur. Mihi certè nihil profus occurrit. Neque enim quod quis somniat, inuitus somniare dicitur, ac præsertim cùm lætium aliquod somnium ipsius animo obuersatur: quale illud Iosephi erat. Quare, approbantibus, vt opinor, eruditorum centuriis, mihi licebit vnica literula immutata ἀκρίσιον reponere. Hinc enim fratrum Iosephi crudelitatem exaggerat Theodoretus, quòd ob ἀνούσιον imperiū (neque enim tum quicquam veri ac solidi habebat, sed somnio duntaxat, quod quauis vmbra imbecillus esse solet, nitebatur) vsque ad eò in fratrem exarsissent, vt eum etiam obruncare cuperent. Hanc esse veram lectionem apparet ex his quæ sequuntur, vbi velut exponens, cur ἀνούσιον ἡγεμονίαν, principatum illud dicat, addit, ὡς ἐν ὀνείροις, &c., τῆς σκιάς ἀδρανεστέραν πῶς ἀρχίω. Eodem libro in hunc quoque locum mendum inuasit, τὸ χαροπὸν τῆς ἀθυμίας αἱ τῶν βλεφάρων ὡραδηλῶσι σολίδες, ἐργαζόμεναι μειδιάματα. Quis enim non perspicit, pro ἀθυμίας, εὐθυμίας legendum esse?

*Annotationes quedam in Irenæum.*

CAP. V.

**TERTIVM** Irenæi librum cùm nuper euoluerem, quædam obiter hinc libauī, quæ in hanc chartam conicere non grauabor. Cap. 3. adest perspicere, pro licet, vel promptum est, Græcorū more dicitur. πᾶρεστιν enim illis idem sæpe est quod ἔστιν. Paulò post, Quibus emendatè agentibus, &c. G. ὡν καὶ πορῶντων .i. quibus munere suo probè fungentibus. Sed & aliquantò inferius, in his verbis, Confundimus eos, qui quoquo modo, vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam, præterquàm oportet colligunt, nescio an quisquam Græcæ linguæ ignarus, quid sit præterquàm oportet colligere, intellecta assequi possit. His enim verbis non dubito quin Interpres Græcam vocem ὡραδηλῶσαι reddere studuerit: quam tamen dilucidius vertisset, præter ius fāsque conuentus agere. Vnde Socrates in histor. Ecclesiast. lib. 5. cap. 21. (in Lat. vers. 20.) Sabbatium Nouatianum, cùm relictis suis priuatos conuentus agere cœpisset, ὡραδηλῶσαι eum dicit. Quid autem inter hæresim, schisma, & ὡραδηλῶσαι vel ὡραδηλῶσαι inuenerit, vide Basil. in Canonib. ad Amphilocho. can. 1. Eodem cap. 3. in his verbis, fidelioris veritatis est testis, fidelior legendum est, vt constat ex Euseb. lib. 4. cap. 13. vbi hæc verba Græcè citantur. Cap. 4. Quæ autem sunt Ecclesiæ, cum magna diligentia diligere. Deligere, mallem, ob verbum deuitare, quod antecedit. Cap. 11. Iam enim saginatus parabatur vitulus, qui pro inuentione minoris filij inciperet mactari. Hoc loco, inciperet mactari, pro, mactandus erat, dictum est: quemadmodum & cap. 17. Inciperent talia dicere, pro, talia

H iij

dicturi erant. & cap. 20. qui inciperet occidere peccatum, pro, qui peccatum occisurus erat: & plerisque aliis locis. Iam enim superiori libro adnotavi hunc interpretem ita vertere solere Græcum verbum μέλλειν. Quod ne, quis à me vanè conici putet, ex vno loco id apertissimè demonstrabo. Nam cum cap. 32. ad eandem formam dicat, Quid enim in illam (Mariam) descendebar, si nihil incipiebat sumere ab ea? Theodorus lib. 1. Polymorphi hunc locum Græcè proferens, ἔμελλε λαμβάνειν habet. Cap. 12. Hi autem qui circa Iacobum Apostoli Gentibus quidem liberè agere permittebant. Hic merus Græcanismus est, pro, Iacobus Apostolus. Græci enim οἱ πατέρες τὸν Ἰακώβου dicunt, pro ὁ Ἰακώβος. Intelligit autem hoc loco Irenæus concionem eam, quam Act. 15. post Petrum Iacobus habuit, in qua, quibusdam exceptis, ἀποφασίζων (quod Interpres hoc loco vertit, liberè agere) Gentibus permisit. Cap. 14. discipulos suos, pro discipulos suos, novè dictum est, quemadmodum etiam cap. 16. discipulorum ipsorum, pro discipulorum ipsorum. Cap. 15. in titulo, frustrari Paulum. & 24. frustrari testimonia Prophetarum, pro, recidere, minimèque agnoscere positum est, Gr. ἀπερθεῖν. Nam etiam cap. 22. lib. 4. frustrari vertit, quod Marcus cap. 7. dicit ἀπερθεῖν. Eodem hoc 15. cap. exiguum quidem mendum est, sed quod tamen minimè animaduersum perspicuo alioqui loco densissimam caliginem offundat. Quis enim sensus ex his verbis elici potest, Decipiuntur autè omnes, qui quod est in verbis verisimile, se putant posse discere à veritate. At si pro discere, discernere legamus, discussis tenebris clarissima lux protinus reditura est. Vult enim Irenæus, proclivè non esse τὸν ἐν λόγοις πειθανὸν διὰ τῆς ἀληθείας ἀκριβέως .i. hoc quod verborum tanquam lenociniis quibusdam fucatum est, à vero internoscere. Quod etiam postea clariùs adhuc ostendit. Paulò post, Si autem aliquis quasi paruum ovum deditum, semetipsum ipsis præbeat imitationi illorum, &c. Hoc loco, per paruum ovum, ἑλεῖνον ὄν (quod vrinum ovum aptius transferretur) Interpretem reddidisse existimo. Qui enim se hæreticorum commentis totos tradunt, hi subventaneis & inutilibus ovibus comparari non immeritò queant. Deditum autem seipsum præbere, pro, sese totum tradere ac mancipare, ad Græcorum morem accedit, qui ἐκδοῖον ποιῆσαι dicere consueverunt. Cap. 17. apprehensum, pro, comprehensum atque cognitum, dictum est. Sic cap. 18. quantum ex ipsis attingit, pro, quantum ad ipsos attingit. Gr. τόσῳ εἰς αὐτὸς ἦσαν. Aliquantò post, Ipse & Iesus Christus, &c. Hæc inciso tamen dirimenda sunt à præcedentibus verbis. At verò infra, quidnam sit illud compendij poculū, cui ante tempus Maria participare volebat, divinare sanè nequeo. Atque haud scio an Interpres fortassè σωτηρίας, pro ἀνομιίας legerit. De quo tamen nihil pronunciare audeo. Cap. 20. in his verbis, Qui propter Domini confessionem occiduntur, & substant omnia à Deo prædicta, legendum puto, substant: quod verbum barbarum quidem est, sed de Græco ὑφίσταται (i. sustinent) expressum. Quæ autem sequuntur, Quos & concedimus ipsis martyribus, mendum planè olent, sed quod citra melioris exemplaris opem deleri nequeat. Cap. 21. Absorpto autem homine in eo quod vincit, & sustinet, & resurgit, & assumitur. Assumitur hoc loco idem est, quod ascendit. Græci enim cum de Christi ascensione loquuntur, sine ullo discrimine & ἀναβάσεως & ἀναλήψεως vocabulum vsurpant. Cap. 22. Vt inseparabilem homo à Deo percipiens salutem, &c. Quid si dempta vnica litera insperabilem (G. ἀνέλπιτον) legamus? Mihi certè hæc lectio magis arridet. Hoc enim velle videtur Irenæus, Deum hac mente hominè à diabolo, tanquam Ionam à Ceto,

à ceto, absorberi permisisse, vt postea præter spem omnem salutem consecutus, ipsius nomen gloriâque concelebrat. Cap. 32. Cæterum superuacua est in Mariam descensio eius. Hæc ex Theodoriti lib. i. Polymorph. sic potius verenda esse constat: Alioqui nihil erat causæ, quamobrem in Mariam descenderet. Ex his autem verbis mendosum Theodoriti codicem Græcum libro superiore cap. 2. correximus, qui pro ἐπὶ Θεοῦ, habebat, ἐπὶ τῷ Ἰω. Cap. 41. Initium capituli inciso tantummodò à præcedenti dirimendum est. Ibidem, morum prouidentiam habere, ad Græcorum imitationem dictum est, pro, morum curam gerere, hoc est, instituendis componendisque moribus operam dare.

*Iustini ad Antoninum Apologia quibusdam locis partim in Græco, partim in Latina Perionij interpretatione correctâ.*

## CAP. VI.

**I**NTER legendum quæ Iustinus Martyr in sua ad Antoninum Imperatorem Apologia pro Christianis disserit, quid obiter animaduertim, hoc capite completi liber. Non longè ab initio mendum in his verbis inesse suspicor, οὐδὲ κριστὸς, ἀλλὰ πάγει τὰ παράγμματα ἐπάγει ἀξίως, ac pro ἐπάγει, ἐπάξεν, substituendum esse. i. examinare. Pag. 136. vers. 3. non mihi dubium est, quin post δπως addenda sit particula μὴ, & vers. seq. delendum αὐτῶν. Hoc enim vult Iustinus Christianorum partes esse, tam fidem suam quàm vitæ rationē omnibus executiendam ac considerandam proponere, ne alioqui crudelitatis, quæ per ignorationem animique cæcitatem ab Ethnicis in ipsos exercetur, pœnas ipsi Deo pendant. Vers. 23. lego τοῖς ἄλλοις. 31. τέτρες. Pag. 137. vers. 12. legendum puto, ἀλλ' ἢ πάντας ἀπὸ τῶν ποσειδωνίων καὶ καταδικάζετε. Hæc enim est Iustini sententia, non proinde Christianos omnes sceleratos habendos esse, quòd quidam tales deprehensi sint: quemadmodum nec rei omnes cõdemnari solent, propterea quòd quidam interdum sceleris conuincantur. Pag. 138. vers. 25. hæc verba, εἰ γὰρ ἀνθρωπίνῳ βασιλείᾳ ποσειδωνίων καὶ ἠρήματα, ita verti debent, Si enim humanum regnum expectaremus, saltem negaremus. sc. nos Christianos esse. Nam, vt vertit Perionius, nimis obscurus est Authoris sensus. Nisi fortasse typographi vitio, in eius interpretationem particula, si, obrepit. At vers. 38. grauitè ab eo erratum est, cùm hæc verba, καὶ ἀπὸ τῶν περικείμενα ἐκ πάντων κόσμοι ἦσαν, ad hunc modum transtulit. Etiam si iis sepulchris quæ erecta sunt, omni ratione ornati sint. Ita enim potius vertere debebat, Saltem ob impendentia supplicia probitatem omni ratione coluissent. Non minùs autem scædè labitur vers. 40. cùm δημίον, hominum de plebe vertit, pro, carnificum. Vult enim hoc loco Iustinus, supplicii inferendis delectari, carnificum potius esse, quàm bonorum principum. Eiusdem farinae est quod pag. seq. vers. 6. hæc verba, ἐν γὰρ τῷ ποσειδωνίῳ πενίας ἢ πάθη. ἢ ἀδοξίας πατριῶς ὑφαιρουῦνται πάντες, ita reddit, Quemadmodum enim parentis paupertatem, mala, & dedecora omnes suscipiunt; cùm contrarium omnino velit Iustinus. Sic pag. 143. vers. 16. Liberum dispersum vertit, pro, discerptum. & vers. 18. κατηστῆσαν, sublimes pendere, pro, inter sidera relatos esse. At vers. 23. Græci codicis errorem secutus est, cùm ita vertit, Nisi quòd hæc ita scripta sunt ad præstantiam adhortationemque eorum qui erudiuntur. Hic enim in Græco pro ἀπορροῦν apertissimè legendum est ἀπορροῦν. i. corruptellam. Vers. 32. lego ἀδίκους. Pag. 144. vers. 33. pro τῶν, Epiphanius habet γὰρ.

Verf. 40. miror fugisse Perionium, qui horum verborum sensus esset, *περὶ προν ὅτι τέχνης φατέ* (Cav. Loquitur enim illic Iustinus de Helena, quæ antequam se cum Simone coniunxisset, palam se in meretricia vita collocaverat. Hæc autem sic ille vertit, Helenam primùm in tecto statuerunt. Pag. 145. verf. 14. in his verbis, *ἵνα μηδὲνα δίκαιον*, legendum potius existimarim *ἀδικῶν*. Verf. 37. *ἢ μὴ εἶναι αὐτὸν ἀφ' ἑτέρας ὁμολογήσῃ* Fortasse pro *ἀφ' ἑτέρας*, legendum *ἀφ' ἑτέρας*, vel *ἀτεχνῶς*. i. planè. Verf. 39. incommodè proforus à Perionio redduntur hæc verba, *μη τῶν ἐπιτελέων περὶ μὴ ἀναληφθεὶς θανάτῳ*. Sic enim vertit, Ne quis eorum qui expositi erant, iterum comprehensus morte mulctaretur. Sic autem verti debent: Ne quis eorum qui expositi erant, à nemine susceptus interiret. Pag. 150. verf. 5. pro *ἡδὴ*, crediderim legendum *δὲ*. Pag. 152. verf. 17. *αἰτία ἐλοιδίε*, *θεὸς δ' ἀναίτιος*. Perionius: Causa est id quod probatum & electum est. Ego autem: Culpa illius est qui elegit. Nihil enim causæ est, cur receptam lectionem submoueam, ac Perionij sententiæ subscribam, qui in Annotationibus legendum censet *τὸ ἐλοιδίον*. Fallitur enim illic, dum *τῷ ἐλοιδίῳ*, passivè intelligendum esse putat. Activam enim planè significationem habet, nec unquam apud Græcos authores in passiva reperitur. Eodem modo verf. 28. *ἀπαντήσεσθαι*, retinendum est. Longè enim aptius est hoc vocabulum, quàm *ἀπαρτήσεσθαι*. quod magis Perionio arridet, nec tamen huic loco quadrat. Verf. 35. *ἐπιτελέων περὶ πᾶσιν εὐάρεστα φαθήσεσθαι*. Perionius. Quòd exploratum habeamus fore, ut ea quæ omnibus grata sunt, appareant. Ego: ut ea omnibus grata videantur. Verf. 40. *δὲ ἑς καὶ μηδέπω πῶς ἐπιτύρωσι πεποιήται*. Perionius: Per quos etiam nondum rem ipsam corroboravit. Langus: Extremum decretum consummationemque fecit. At ego cùm hæc vox *ἐπιτύρωσις* mihi suspecta esset, ac vicinam aliquam aptiorem exquirerè, tandem, nisi me omnia fallunt, eam inveni. Nec enim dubito quin *ἐπιτύρωσις* legendum sit. i. conflagratio: quemadmodum & legitur tum in præcedente Apologia, tum etiam in hac ipsa, pag. 158. verf. 11. & seq. verf. 18. Vult enim Iustinus, prædestinatorum causa, quorum nondum numerus expletus est, extremam illam conflagrationem adhuc differri. Pag. 154. verf. 14. *παρεχέσθαι*, pro *διεχέσθαι*, à Iustino usurpatum esse cenfeo. Ac proinde vertendum existimo, Non solum autem, sed etiam interemerunt. nos, ut Perionius, iis abusi sunt. Pag. 162. verf. 3. *ὁ παρὰν λαὸς ἐπεφημῆσιν, λέγων ἀμὲν. ἐπεφημῆσιν* hoc loco Perionius vertit benedicere. Ego potius acclamare. Multa autem sunt hîc quoque alia loca, in quibus lapsus mihi fuisse videtur vir alioqui doctissimus. Hæc autem ex multis selegi, ut qui ipsius elegantissimo traducendi genere delectantur, consulenda quoque sibi interdum Græca existiment.

*Observatiuncula quadam in D. Ignatij Epistolis.*

CAP. VII.

**I**N hoc Capite collocare liber, quid mihi D. Ignatij Epistolas, singularem quendam sanè Christi amorem, atque ardentissimum martyrij desiderium præ se ferentes, non ita pridem legenti, annotare in mentem venerit. Epistola ad Mariam Cassobol. in his verbis, *εὐεῖναι (πηγαί) τῶς παλιόλαι καὶ μηδὲν ὄσι, τῷ εἶδει ἐφέλκονται ἀρύσασθαι τῷ πόντῳ*, nisi veteris Interpretis auctoritate moueret, qui *εἶδει*, visione vertit, equidem *διεδαῖ* lubentiùs legerem. Epist. 2. ad Trallian. Vairlenius, trium Ignatij Interpretum sine controversia diligentissimus, ita hæc verba *ἀποδέξασθαι πῶς καὶ θεὸν ὑμῶν εὐνοῖαν* Latina reddit, quasi

quasi in Græco esset *ἡ ἀνομιὰ κατὰ γένησιν*. Sic enim vertit, Cùm enim demonstrasset vestram erga Deum beneuolentiam. Quàm tamen lectionem & Græcum exemplar veteris Interpretis lectionem confirmatum, & *σωτηρίας* ratio refellit. Quoniam enim modo vox ea, si tertiæ personæ esset, cum verbo *ἔδοξα* quadrare posset? In eadem Epist. parum candidè facerem, si hunc errorem, nimis certè crassum, ipsi potius quàm librariis ascriberem. Vbi enim habetur, Non legem stabiliunt, sed ex lege vitam prædicant, profectò cùm in Græco sit, *ἀλλὰ τὴν ἀνομιὰν κατὰ γένησιν*, scribendum est, nisi admodum fallor, vnico vocabulo, ex legem. Epist. 4. ad Tharsenses, hæc verba, *ὅτι ἡ σὰρξ αὐτῆ οὐκ ἐγείρεται*, rectiùs à Morelio sic vertuntur, Quòd caro hæc non resurgit, quàm à Vairlenio, eadem caro. Neque enim in Græco est *ἡ αὐτῆ σὰρξ*, sed *ἡ σὰρξ αὐτῆ*. Est enim inter vtramque lectionem permagnum discrimen. Longè enim aliud est corporum resurrectionem planè tollere, quàm, quòd Euty chius Constantinopolitanus Patriarcha à D. Gregorio confutatus assererat, carnem quidem, sed non eandem nobis in resurrectione fore. Epistola ad Philippenses, in his verbis, *τὰ λοιπὰ προσποιῆ ἀγνοεῖν κλέπτων. ἢ ὡς εἰ σοὶ καὶ τῶν ὅλων προσποιεῖται*, &c. aliter videtur legisse vetus Interpres, nempe, *τὰ λοιπὰ προσποιῆ ἀγνοεῖν, κλέπτων ἢ ὡς εἰ σοὶ*. Eaque lectio mihi aliquantò magis aridet. Sic enim sensus est, diabolus Christo quidem hos Dauidis versus callidè profert, Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in manibus suis: quæ autè sequuntur, dissimulare se scire, versutè nimirum reticentem quæ deinde de eo Propheta vaticinabatur, nempe, Super aspidem & basiliscum ambulabis, &c. At verò paulò post & Morelius, & Vairlenius, longè mihi ab Authoris sententia recessisse videntur. Vbi enim Græcè est, *ἀφ' ἡμετέρας καὶ ἀφ' ἡμετέρας*, &c. *ἀφ' ἡμετέρας* ἢ *ἀφ' ἡμετέρας*, vterque hoc postremum verbum passiuam significatione accipit, sicque Authoris sententiam prorsus peruertit, dàm quæ ad Christum referri debent, diabolo tribuit. Hoc enim vult Ignatius, diabolus, postquàm Christum ingluuie atque inani gloria tanquam duplici quodam arietè deiicere frustra tentasset, iam cum per opus atque imperij cupiditatem ad impietatem pertrahere conari, his nimirum verbis vtentem, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Itaque pro eo quòd vterque Interpres (vt veterem missum faciã) vertit, Per auaritiã & ambitionem pertraheris ad impietatem, exponendum est, pertrahis, vel, allucere conaris. In hoc enim sensu Græci semper *ἐφέλκεσθαι* dicunt, non *ἐφέλκεν*, quemadmodum etiam Ignatius Epist. ad Mariam, in eo loco, quem supra citauit, *τὸς παρόντας ἐφέλκονται*, &c. In ead. Epistol. sub finem, in his verbis, *ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶ ὀπισθόπρω*, idem esse *σωτηρία*, quod Latinis, extremam salutem dico, satis, vt opinor, demonstratum est libro superiore cap. 22. In Epist. ad Smyrneses, non longè ab initio, in his verbis, *ἵνα ἀρῆ σόσημον εἰς τὸς αἰῶνας*, Vairlenius mendum inesse putat, ac pro *σόσημον*, *σοσάπις* legendum censet. Quo scilicet vocabulo vtitur Paulus cap. 3. Epist. ad Ephes. Atque ipse quoque diu in eadem sententia fuit. Verùm postea, quam emendationem esse ducebam, eam deprauationem potius esse comperi, cùm apud Esaiam cap. 5. in eum locum fortuitò incidi, ad quem hic Ignatius alludit. Sic enim loquitur Propheta: *ἀρῆ σόσημον ἐν τοῖς ἔθνεσι*. Ac rursus cap. 49. *εἰς τὸς ἔθνεσι ἀρῆ τὸ σόσημόν μου. σόσημον* autem in his duobus locis *ἀρῆ* vsurpatur. Itaque iam vulgatam lectionem prorsus retinendam esse non dubito. Non multò post, in Vairlenij translatione aliquid desideratur. Hæc enim verba, *εὐλογον*

ἄλλοι πὸν ἀνα ἡμεῖς ἡμᾶς, ὡς (lego ἑαυτὸν) ἐπὶ χειρὶ δὲ ἔχομεν εἰς θεὸν μετανοεῖν, ad hunc ferè modum verti debent, Consentaneum est deinceps, ut ad meliorem mentem redeamus, dum adhuc spatium habemus per poenitentiam ad Deum nos conuertendi. Omittit autem Interpres hæc verba, ἑαυτὸν ἐπὶ χειρὶ δὲ ἔχομεν, quæ tamen sunt necessaria ob id quod mox sequitur. In inferno enim nullus est qui confiteatur. In Epist. ad Polycarpum, non longè ab initio, in his verbis, τοῖς χετ' ἀδρα χετ' ὁμολογῆσαι λάλει θεῷ, iam ante me animaduertit Morelius veterem Interpretem legisse βοήθειαν, non ὁμολογῆσαι. Cui certè lectioni non inuitus subscripserim. Paulò post, in his verbis, ἔ πάν τεραῖμα τῆ αὐτῆ ἐμπλάσσει θεοπέεται, Vairlenius, τῆ αὐτῆ, in translatione omittit, quod tamen nullo modo omiti debet. Sequitur in Græco, τὸς παροξισμὸς ἐμβροχῆς παῖ. Quæ quidem lectio mihi magis probatur quàm ἐν βροχῆς, ut est in eo codice Parallelorum Damasceni, quem mihi vtendum dedit amplissimus Cardinalis Caraffa. Versibus aliquot interiectis, hæc verba, μεγάλη βῆν ἀθλητῆ δέρεσαι χετ' νικᾶν, parùm commodè reddidit Vairlenius, Magni athletæ est ferire & vincere. Feriri enim vtendum fuerat, quemadmodum etiam duo alij Interpretes (quantum ad sensum attinet) transfulerunt. Hæc enim mens est Ignatii, Christianum hominem perferendis iniuriis atque contumeliis victoriam adipisci. Non longo interuallo, hæc verba, δοῦλοι μὴ αἰρείτωσαν δὲ τὸ κοινὸν ἐλευθερῶσθαι, ita à Morelio redduntur, Serui ne præferant à communi Domino in libertatem asseri: à Vairlenio, Non eligant à Rep. manumitti. Mihi verò sic commodiùs verti posse videntur, Serui ne in animum inducant communibus sumptibus in libertatem vindicari. Erant enim tum fortasse quidem Gentilium serui Christiani, qui importunis precibus efflagitarent, ut communibus Ecclesiæ nummis, vel collatitia pecunia in libertatem assererentur. Hos igitur monet Ignatius, ne hoc oneris Ecclesiæ imponant, sed æquo potiùs animo seruile iugum trahant, quo Ecclesia his sufficere queat, qui ope atque auxilio magis opus habeant. Sub Epistolæ finem, in his verbis, ὡς ἄξιός ὢν ἀσπάζομαι πάντας, &c. videat Lector num legendum sit, ὡς ἄξιός ὢν. Nam hoc genus loquendi Ignatio frequens ac familiare est: illud autem nusquam alibi reperire licet. In Epist. ad Ephesios, in his Scripturæ verbis, μὴ ὁ πῖπλον ὡς ἀίκαται; librarium, ut opinor, vitio desideratur negatiua particula in Vairlenij versione. Sic enim habet: Num qui cadit, resurgit? pro, Num qui cadit, non resurget?

μαθεῖν χετ' παθεῖν.